

Emitte Spiritu
tuum et

Ježu synu jediny Boga swého mi[illegible]

[illegible] ten den od pomet[illegible] [illegible] morowé

[illegible] Josephe [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] nam [illegible] do Bo[illegible]

[illegible] domu nebyt [illegible] [illegible]

[illegible] S. [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] smetu z [illegible] [illegible]


[illegible] od nas mo[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] bedaime [illegible] [illegible]

milowa[illegible]

ave maria



Sequētiarum luculēta interpretatio: nedū scholasticis/ sed ꝛ ecclesiasticis cognitu necessaria: p Joan. adelphū physicū Argētiñ. collecta.

Anno dñi. M.D.XIII.

Ioa[illegible]us Argentinus Physicus: Ioanni
Eneo (al's Enheim(presbytero innocentissi-
mo: summæq; prudentię viro: apud Tre
ueros viuenti. S.P.D.

Quærenti mihi studiose cui nam istos in hymnos & se-
quentias cōmētariolos dedicarem: tu solus Enee amicorū
optime ex omnibus quoquo me verterem occurrebas. Te
quidem omni probitate doctrinaq; varia: summa quoq; in
omnes beniuolentia: officio & pietate semper amaui: colui
& veneratus sum: venerabor item dū vita fruar: spiritusve
hos reget artus. Es em̄ homo veritatis amicissimus: graui-
tate & fide plenus: christi tui cōtentus patrimonio: suaui-
tate linguę pariter atq; vitę illustris. Quē tanti faciunt no
stri seculi homines boni: quanti Treuirorꝝ nullum veteres
illi. Tanta est tui nominis: tuę humanitatis tuęq; gratię for
ma. Tot igit' tantisq; ingenij tui dotibus ego motus: hos in
hymnos cū sequentijs cōmentariolos tibi ꝙ alij dicare con
stitui. Qui hæc diuina verba sanctissimorꝝ patrum die no
cteq; manibus versas: dū organico flatu ludere tentas lau-
dem dei. Videbis igitur mei erga te animi monumēta: qua
fronte meipsum videre solitus dū tecum vna pręsens in ca
stello tuo essem. Ad vnum itaq; probandos adolescentes
hortor moneo obsecro: minime tot tantaq; clarissimorum
hominū ingenia amissum iri patiantur. Pręsertim ꝙ illis in
terpretādis summo studio summaq; diligētia fuerim vsus
Nihilq; pene deesse quod expostulat necessitas ad rerꝝ aut
sensuū cognitionē: sed affatim omnia complexū esse. Verꝝ
ꝙ humili stilo loquor id ea ratione factum est: vt in prom-
ptu sit studiosis omnibus quod habere concupiscunt: nec
alieno egere consilio auxiliove: quibus hęc satisfaciunt. Ti
biq; itaq; gratiā habebit docilis iuuentus: qui philosophię
doctor: iuris interpres: & diuini verbi sedulus & diligēs se-
minator: vitę probitate insignis: ab omnibus passim cole-
ris amaris & veneraris. Oēsq; doctos & ingeniosos sum-

ma beneuolentia prosequeris. Quippe tua gratia assum-
ptum opus fœliciter executũ est ad dei gloriam. Itaqꝫ bene
diuqꝫ vale doctrinę morũqꝫ parens: fac me tibi persuadeas
esse charissimum. Ex Argẽtina: Idibus Decembribus: An
no domini. M.CCCCC.XII.

De sequentijs: J.W:

SEquentiarũ vsus in officio misse ante euangeliũ a Germanis
inuentus est. Magnã earũ partẽ cõscripsit Nodegerus in san
cto Gallo. Et Hermannus contractus nõnullas edidit: preci
pue illã de domina nostra: Aue pclara maris stella. Godescal
cus quoqꝫ capellanus Henrici tertij imperatoris: z prepositus
Aquensis scripsit sequẽtias. Inter quas sunt nõnulle quib9 nos vtimur:
puta. Celi enarrant gloriã dei. Dixit dñs ex basan. Laus tibi christe. de
Maria magdalena. Psallite regi. de decollatione sancti Joannis bapti-
ste. Exultent filie sion. de virginibꝫ. Cum multis alijs: quas conqueritur
Hermanno cõtracto esse asscriptas: z p maximas obtestationes asseuerat
supradictas z plerasqꝫ alias a se esse compositas. Scripsitqꝫ z dedicauit
Henrico tertio. Cuius antiquũ exemplar habetur in Elyngen: monaste-
rio diocesis Spirensis. Sequentiã de corpore christi: Lauda sion salua
torem. verisimile est sanctũ Thomã de Aquino edidisse: qui totũ illud of
ficium dicit comportasse. Et Albertus magnus episcopus Ratisbonen-
sis: Colonie in choro fratrũ predicatorꝝ sepultus (propter quod ordinis il
lius fuisse dicit) sequentias edidit. Inter quas duas repperi: Unam de
sancta trinitate. que incipit: Profitentes vnitatẽ. Aliam de ascẽsione. que
incipit: Omnes gentes plaudite. Ceterũ vna tribuit Roberto regi Fran
cie orientalis: scilicet: Sancti spiritus assit nobis gratia zc̃.

¶ Sequentie autẽ omnes carent lege metri: ideoqꝫ vocant etiã prose. Et
appellantur sequentie: quoniã sequunt melodiam que est in alleluia.

¶ Italos non reperio ab antiquo sequentias inuenisse (qui nec eis vti fe-
runtur) sed alemanos. Nihilominus Nycholaus papa primus eas in re
diuina recipi posse assensit atqꝫ confirmauit.

Tetrastychon Iacobi Merstetter.

Aonio resonans pangat quo carmine cœtus
Christo: dum sacro sistitur ęde litans.
Hoc tibi diuinum tandem depromperit opus.
Quo nil vtilius candide lector habes.

Sequentiarum index alphabeticus.

Finis.



Ad primam missam Sequētia.

GRates nūc omnes reddamus
domino deo: qui sua natiuitate
nos liberauit de diabolica po
testate.

Huic oportet vt canam⁹ cū
angelis semper gloria in excel-
sis.

¶ Ad honorē dei omnipotentis ⁊ glo
riose virginis dei genitricis Marie
aliorūq; sanctoꝝ ⁊ sanctaꝝ eius inci-
pit liber laudis diuine. Quē beatissi-
mus Gregorius merito incepit a dignissima solennitate natiuitatis chri-
sti dei veri ⁊ eterni: q2 primordialis salus ꝑ eius natiuitatē mundo illuxit.
Ab hoc quidē ente cunctis deriuatū est esse ⁊ viuere: his quidem clarius:
his vero obscurius: cū celū ⁊ tota natura ab eo dependeat. ¶ Ordo.
(Nos omnes). s. christifideles (reddamus). i. reddere debemus ī p̄senti vi
ta (dño deo). s. glorioso (grates). i. gratiarū actiones (qui). s. deus gloriosus
(liberauit nos). s. pctōres: qui eramus ꝓpter pctm̄ eterno supplicio depu-
tati (sua natiuitate). i. ꝑ suā natiuitatē tēporalē (a diabolica potestate). i. a
perpetua morte: qua eramus sub demonū potestate. Tunc ostēdit oppor-
tunitatē ⁊ necessitatē quare hoc facere debemus: dicēs (Oportet). i. oppor
tunū est (vt semꝑ canamus). s. ore ⁊ corde (huic). s. christo redēptori nostro
(cū angelis). s. annūciantib⁹ eius natiuitatē (gloria in excelsis) hoc em̄ est
letitie canticū: quod angeli in sua natiuitate cantabant. ¶ Vocabula.
Grates feminino genere plurali numero tm̄ sunt gratie. Vergil. Grates
ꝑsoluere dignas Nō opis est nostre. Gratis aūt aduerbiū ꝑcat sine causa
vel sine p̄mio. Itē ingratis aduerbiū. i. nō sponte vel ꝯtra volūtatē. Dia
bolus grece calūniator vel accusator est latine. Nec a dia qđ est duo: ⁊ bo
los morsus dr: vt aliqui dicūt. quasi hominē dupliciter mordēs aut ledēs
in corpore ⁊ aīa. Hinc fit diabolicus adiectiuū. Oportet impsonale est
⁊ dūtaxat tertijs ꝑsonis ꝯiugat. Inde opportunus a. um. i. necessariū: ⁊ op
portunitas. i. necessitas. ¶ Notabilia. Triplex est filij dei natiuitas. Pri — Natiuitas christi triplex
ma a patre: que eterna dicit. de qua Esaias: Generationē eius q̇s enarra
bit? Et talis est a patre sine matre. Secūda est a virgine Maria: que tē-
poralis appellat. quā expressit Gabriel dicens: Aue gr̄a plena ⁊c. Sil'r
Esa. ca. vij. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiū. Et talis est a matre sine pa
tre. Tertia natiuitas fit quotidie in cordib⁹ christifideliū: ⁊ spiritualis dr.
In nobis em̄ aliqn̄ ꝓpter pctm̄ christus spūaliter mortuus est: qui ꝑ grām

renascit. Modo prima natiuitas hominib' est occulta valde: ⁊ ideo plens sequētia occulte cantat medio noctis tpe. Scda est aliquo modo pceptibilis: ideo in diluculo cantari debet. Sed tertia natiuitas cois: ideo claro die decantat. Itē Gloria in excelsis deo cantat ad repñtandū illud gaudiū quo gauisi sunt angeli in christi natiuitate: de humani generis recōciliatione ⁊ de ruine eoꝝ restauratione. Nam veniens pax nostra iesus christus abstulit pctm̄: ⁊ recōciliauit hoiem deo: angelis ⁊ hoib'. Tpe em natiuitatis christi vnus angelus loquebat pastorib' dicēs: Annuncio vobis gaudiū magnū: q2 natus est hodie saluator mundi. Quo dicto statim multitudo celestis exercitus erat cū angelo isto: ⁊ cantabant: Gloria i excelsis deo: ⁊ in terra pax hominib'. i. iudeis ⁊ gētilib' dūtaxat bone voluntatis. Per bouē em̄ iudaicus: p asinū gentilis populus designat: fm Esa. ca. j. Cognouit bos possessorē suū: ⁊ asinus presepe dñi sui. Ex isto infert opportunitas quare debemus laudare dñm: ⁊ sibi reddere grates. Nam si angeli laudauerūt deū: qui nō subiacebant morti seu damnationi: quanto magis nos qui damnati ⁊ mortales sumus. Per locū a minori. q2 si illud qd minus videt inesse inest: etiā tunc illud qd magis. Et hunc hymnum angeloꝝ dici in missa instituit Telesphorus papa. Auxit vo ⁊ cōpleuit eū Symachus: a beato Petro quinquagesimustertius. ⁊ completū vt nunc sanciuit canendum.

Gloria in excelsis deo.

Et in terra pax hoib'.

Bos ⁊ asin'

¶ In aurora ad missam secundā.

Eya recolamus laudib' piis digna huius diei carmina: in qua nobis lux oritur gratissima. Noctis interit nebula: pereunt nostri criminis vmbracula.

Hodie seculo maris stella est enixa: noue salutis gaudia.

Quem tremunt baratra: mors cruenta pauet ipsa: a quo peribit mortua.

Gemit capta pestis antiqua: coluber liuidus perdit spolia. Hō lapsus: ouis abducta: reuocat ad eterna gaudia.

Gaudent in hac die agmina angelorū celestia. Quia erat drachma decima perdita: ⁊ est inuenta.

O culpa nimium beata: qua redempta est natura. Deus q̄ creauit omnia nascitur ex femina.

¶ Hortamur hoc cantico ad diuinam laudem rite peragendā in solennitate huius diei: propter efficaciam natiuitatis christi. quoniam autor lu-

cis inseparabilis ⁊ interminabilis hodie nobis viam salutis aperuit:
¶Ordo. (Eya recolamus).s.nos fideles repetamus(pijs laudib⁹).i.reli
giosis(digna carmina).i.cantica(huius diei: In qua oritur nobis gratissi-
ma lux).s.christus:qui est vera lux illuminans omnẽ hominem venientem
in hunc mundum:vt patet Joannis.j.(Et in qua)scilicet die(interit).i. in
terimitur(nebula).i.obscuritas ⁊ error(noctis).i. veteris testamenti (⁊ pe-
reunt)scilicet in hac die(vmbracula).i. grauamina (nostri criminis).i. pec-
catorum nostrorum:quia tunc fons gratie ebulliuit. Et ideo reddit tripli-
cem causam quare hoc die debem⁹ reddere laudes ⁊ grates christo plus
q̃ alijs diebus:dicens(Stella maris) scilicet Maria(est hodie enixa).i.
peperit(seculo).i.toti vniuerso ⁊ mundo(gaudia noue salutis).i.dominum
nostrum iesum christum:qui est gaudium ⁊ salus nostra. (Quem).s. chri-
stum(baratra).i.totus infernus(tremunt).i.timent: (⁊ cruenta mors).i.cru-
delis ⁊ eterna damnatio(pauet).i.horret ⁊ formidat.(A quo)scilicet chri-
sto(ipsa)scilicet mors(mortua peribit).i.destruetur. Et hec est causa pri-
ma.Secunda autem erit hec:quoniam (antiqua pestis).i. hostis scilicet
diabolus qui ab antiquo pestem ⁊ damnationem hominibus attulit (ge-
mit).i.dolet ⁊ luget(capta).i.ligata:⁊(liuidus).i.inuidiosus (coluber).i. ser
pens diabolicus(perdit).i.amittit hodie de sua potestate(spolia).i. homi-
nes quos tanq̃ spolia detinuerat raptos ⁊ eiectos de paradiso.Quod de
clarat apertius versus sequẽs tertie cause laudis:dicens (Homo lapsus)
scilicet per peccatum originale;propter quod quasi per quinq̃ annorum
milia erat damnatus:tamẽ recuperabiliter.qui erat tanq̃ (ouis abducta)
.i.deperdita:quoniam homo damnatus fuit separatus a proprio ouili(re-
reuocatur hodie)scilicet per christi natiuitatem ⁊ incarnationem (ad eter-
na gaudia)ad que contingenda creatus est:propter quod fit gaudium an
gelorum. Nam(agmina celestia).i.congregationes ⁊ hierarchie (angelo-
rum).i.celestium(gaudent in hac die)qua christus temporaliter natus est:
Causam subiungit ex euangelio (quia drachma decima).i. decimus de-
narius:per quẽ intelligitur tota humana natura(perdita erat) scilicet trã-
gressione mandati(⁊ est inuenta)⁊ primeue sue dignitati restituta: quoniã
anime sanctorum decimum chorum debent adimplere: a quo angeli pro-
pter superbiam sunt expulsi. Propterea iam facit exclamationem ad na-
turam deitatis vnitam humanitati:qua sumus redempti mirabiliter. (O
culpa nimium beata).i.valde vel nimio beata(qua).i.propter quam vel de
qua culpa(natura)scilicet humana(est redempta.) Ubi culpa per accidẽs
dicitur beata:quia fuit occasio vt deus fieret homo:cum peccatum in se
est malum.sed quia propter culpam misericordia dei excitata est: vt tan-
tam in nobis misericordiam ostenderet q̃ filium suum pro redemptione
daret:ideo beata dicitur. Uel expone sic:(O natura)deitatis (qua).i. per
quam naturam(culpa est redempta)que inquã natura(nimium)est(beata)
Et est sensus:O natura deitatis vnita humanitati tu es nimium beata:
quia per te sumus redempti a culpa primorum parentum. Et subdit:quo
niam(deus qui creauit omnia).i.qui fecit omnia ex nihilo:celum ⁊ terram
⁊ que in eis sunt. ille (nascitur ex femina) .i.generatur in hunc mundum
ex muliere vel sexu muliebri.

¶ Vocabula. Eya aduerbiū est letantis vel hortantis. Recolere est re-
petere. Cicero. Tantū ego mihi ad hec studia recolenda sumpsero. Etiā
ſcat meditari vel mēte tractare. Idē. Que si ipse tecū recolis equior anio
morieris. Etiā pōt accipi ꝓ suo simplici colo. Orior verbū deponētis ge
neris: in tertia vel quarta inflexione cōiugabile. Intereo ab eo ⁊ inter: sic
pereo a per ⁊ eo cōponitur. Et est interire perire vel mori. Inde interitus. i.
mors vel destructor. Umbraculū. i. obscuritas vel vmbra. Nā vmbra est
aer carēs sole. Enixa ab enitor venit: qd̄ habet nixus ⁊ nisus in p̄terito.
Baratrū est locus ꝓfundissimus: ⁊ ponitur ꝓ inferno. Gemo verbum tertij
ordinis ſcat tristari. Inde gemitus. i. tristicia. Coluber est species serpē
tis magni: quasi colens vmbras ⁊ latitans. Liuidus a verbo liueo secun
di ordinis. i. inuideo. Unde liuor inuidia: ⁊ liuidus inuidus vel niger vel
turpis. Lapsus a verbo labor. i. cado. Agmen lis est ⁊ turba: q̄ freq̄nter
sunt in lite. Drachma feminini generis prime declinatiōis est quidā de-
narius: ⁊ quoddā pōdus sex obuli: cōstās ex tribus scrupulis. Culpa. i.
noxa: a verbo culpo qd̄ ſcat rep̄hendo venit. Beatus a beo verbo inusi-
tato qd̄ est beatū facere descēdit. Creare est aliq̄d ex nihilo producere.
Via christi quadruplex. Christus em̄ creauit oīa a se: q2 seip̄m nō creauit. ¶ Notabilia. Via ꝑ
quā christus ambulauit quadruplex est. Prima fuit de celo in vterū virgi
nis. Per hanc nobis humilitatis viam p̄parauit ⁊ p̄mōstrauit: qn̄ vestem
purpureā sue diuinitatis vili sacco humanitatis occultauit ⁊ texit. Secun
da ex virginis vtero in mundū: vbi viā patientie ⁊ pauptatis ostendit: qn̄
rex angelorum dn̄s celi ⁊ terre oībus relictis voluit nasci in domo cōmuni et
diuersorio: nō habēs hospitiū propriū: iuxta illud: Uulpes foueas habent
⁊ volucres celi nidos: filius aūt hoīs non habet vbi reclinet caput suum.
Tertia via fuit de mundo ad crucē. Per quā nobis p̄parauit viā dilectio
nis ⁊ passionis. Magne em̄ dilectionis signū erat q̄ christus tā crudelem
mortē ꝓ nobis pateretur: cū scribitur q̄ a planta pedis ad verticē vsq3 capitis
nō fuerit in eo sanitas. Quarta via fuit de cruce ad infernū. Per quā no-
bis viā pietatis ostēdit: cū sanctos patres captiuos a vinculis liberauit at
q3 eduxit: ⁊ nos sua passione ab eterna dānatione liberauit ⁊ redemit: cui
eramus ꝓpter originale pctm̄ addicti. Hinc sua manifestatur pietas. Nam
magnū pietatis opus erat q̄ deus īmensus sub humana specie ostēderetur.
Un̄ Chrisosto. Filioli nō solū deus dilexit nos verbo: sed opere pietatis
plenitudinē demōstrans. Et nos si ad christū venire volumus: has vias se
qui oportet. Modū natiuitatis christi ꝑ quē natus fuit Dauid ostendit
Natiuitatis christi mod9. dicens: In sole posuit tabernaculū suū. Per solē em̄ intelligitur veritas pa-
tris. Un̄ Dionysius. Ille est sol q̄ sup oīa visibilia mundi est euidens ima
go dei. Sed ꝑ tabernaculū intelligitur humanitas christi vt patet in Leuit.
Et ꝑ spōsum filius dei: ꝑ thalamū vterus virginalis cōnotatur. Itē in sexta
mundi etate natus est: dicēte ap̄lo ad Ephe. q̄ christus venit in fine secu-
li. Et december fuit mēsis natiuitatis: sed martius cōceptiōis. In medio
ꝓo noctis natus est: nā media nocte clamor factus est: Ecce sponsus ve-
nit. Natus est insup in diuersorio ⁊ loco cōmuni. qm̄ voluit nasci in medio
Maria stella maris terre habitabilis: vt nullus habeat se excusare a sua receptione vel cogni-
tione. Maria aūt interp̄tatur stella maris: q̄ est illuminatrix hui9 mundi.

Nam sicut ꝑ mare in diuinis litteris mundus iste intelligit᷑: ⁊ naute ī ma-
ri errantes stellā habent ꝑ quā cognoscunt regionē vt nauem feliciter ad
portū ꝑducāt: Sic beata virgo est stella illuminans mundum: ꝑ quā nos
peccatores errantes in mari magno huius seculi ad portū salutis attinge
re possumus ⁊ ꝑuenire. Angeli sunt duplices. Unus cōfortans: q̇ bona
ꝑsuadet. Alius deuastans: qui mala ingerit. Beatitudinis excellentia si
ue p̄celsitas in tribus est. In altitudine sapientie: in suauitate cōsciētie: et
in virtutū sublimitate. Quas cōditiones christus sufficiēter habuit: cum
ſm Eccle. oīs sapiētia a dn̄o deo est: ⁊ cū ipso fuit semꝑ. Cuius suauitas
in hoc apparet ꝙ nō p̄cipit: nō prohibet: nō cōminatur. sed ascendit in mō
tem vt altiora culmina virtutum doceret: vt habet᷑ in Matthei euāgelio.

Angeli, du plices.
Beatitudo est in trib⁹.

Mirabilis natura: mirifice induta: assumēs quod nō erat:
manens quod erat. Induit᷑ natura diuinitas humana: q̇s
audiuit talia dic rogo facta.

Querere venerat pastor pi⁹ quod perierat. Induit galeā:
certat vt miles armatura.

Prostratus in sua ꝓpria ruit hostis spicula: auferunt᷑ tela
In quibus fidebat: diuisa sunt illius spolia: capta p̄da sua.

Christi pugna fortissima salus nostra ē vera. Qui nos suā
ad patriam duxit post victoriam.

In qua sibi laus est eterna.

¶ Hic ꝓbat hanc naturā esse miraculosam: qm̄ hoc miraculū natiuitatis
christi ꝙ virgo pareret ⁊ deitas sub humana specie latitaret: nunq̄ꝫ prius
visum est: nec videbat᷑ in futurū. dicente Bernardo: Antiquū ⁊ nouū con
ueniunt mirabiliter. ¶ Ordo. (Natura). s. diuina (mirabilis). i. admirā-
da est ⁊ laudanda (mirifice). i. mirabiliter (induta). i. occultata sub huma-
na specie: hac causa q2 (assumens qᵒ nō erat). s. humanitatē (manēs quod
erat) scꝫ deus. Ergo (diuinitas induit᷑). i. vnitur hypostatice (humana natu
ra). i. fit homo. (dic rogo). s. quisquis es (quis audiuit talia). i. tā mirabilia
⁊ magna (facta) vt scꝫ deus fieret homo ⁊ homo deus. Cuius ꝓgressum
scribit dicens (Pius pastor). s. christus (venerat). s. in hūc mundū (q̄rere). i.
reuocare (qᵒ perierat). s. ꝑ pctm̄: scꝫ totū genus humanū. Et ipse idē chri-
stus (induit galeā). i. humanam naturā: q̄ galea est ⁊ instrumentū diuinita
tis. nā ꝑ eam que se habet vt (armatura: certat). i. bellū gerit atq̄ꝫ intentat
(vt miles). s. strenuissimus: ⁊ hoc cōtra diabolicā potestatē. Unde ip̄e dia-
bolus hostis noster sic certando (prostratus). i. deuictus: occisus ⁊ supera
tus (ruit). i. collapsus est (in sua ꝓpria spicula). i. ꝓpriā ꝯfusionē: ⁊ simul ei
(auferunt᷑ tela). i. ligata est aliquo modo potestas ledendi: (⁊ spolia illius)
. i. hoīes raptos de paradiso (in quib⁹ fidebat). i: cōfidebat ⁊ sperauit (diui-

sa sunt).s.in plures partes. Ex illo ptz christū nō oēs captos in inferno li-
berasse. Nam partē obtinuit: ꝛ partē liberauit: ſm Grego. Et hec erat spo
lij diuisio. Et etiā (ꝑda sua).i.rapina hoim (est capta) .s.ꝑ christi natiuita-
tē. Unde rōne victorie sic cōmēdat: (Fortissima pugna christi) .s.quā ha-
buit ꝯtra serpentē antiquū (est vera nr̄a salus).i.causat vere nostrā salutē:
(qui ꝑduxit nos post suā victoriā).i.triumphū (ad patriā).s.celestē ꝛ vitā
eternā.(In q̄)s.patria (est sibi eterna laus).i.gloria ꝛ ptās ꝑ infinita secu-
la: Amen. ¶ Uocabula. Natura fit a verbo nascor. Est em̄ natura vis
nascēdi aut vis ingenita. Ponit etiā ꝓ mēbro naturali aut genitali. Mi
rifice aduerbiū est qualitatis. Pastor a pasco verbo venit: qđ est nutrio.
nā pastor oues pascere tenet. Induitur verbū passiuū est: ab inr duor qđ
in vsu nō est. Hinc fit indutus. Prostratus.i.occisus: superatus: deuict⁹.
a verbo sterno. Inde ꝛ strages occisio facta ab hostib⁊. Spiculū est telū
acutū: vñ ꝓ deceptione capit. Sed telū est omne quo nos defendim⁹: vñ
ꝓ insidijs ꝛ ptāte capit: licet instrumentū sagittādi ſcet. Galea idē est qđ
cassis: a galeon grece: qđ est curuū seu rotundū latine. hoc em̄ instrumentū
belli curuū est atq̄ rotundū. Preda dr̄ totū qđ hostib⁊ ablatū est: a ꝑdan
do ꝛ rapiēdo dictū. Spoliū ꝟo quelibet pars prede est. Uñ preda capit:
spoliū diuidit. ¶ Notabilia. Miraculū natiuitatis christi est in tribus:

Quare christi natiuitas fuit miraculosa.

Primo in partu: qꝛ mirabiliter deus fuit natus. nā genitus est in mundū
sine patre: ꝛ in celo sine matre. Scđo rōne virginis pariētis. qꝛ talis par-
tus fuit sup naturā: ꝙ virgo pareret. ꝛ sup rationē: qꝛ sine dolore. ꝛ sup cō-
suetudinē: qꝛ de sancto spū cōcepit. Nam deus q̄ttuor modis pōt facere

Hō fit quattuor modis.

hominē: ſm Anshelmū. Primo sine viro ꝛ femina: sicut creauit adā. Se-
cūdo ex viro ꝛ femina: queādmodū cōis vsus approbat. Tertio de viro si
ne femina: sicut fecit euam de adā ꝛ eius costa. Quarto de femina sine vi
ro: sic natus est christus saluator ex virgine maria. Ultimo rōne ꝯiūctio
nis est mirabilis christi natiuitas. qꝛ ex ea ꝯiuncta sunt adinuicē deus et
hō: mater ꝛ virgo: fides ꝛ cor humanū. Uñ Bern. Mirū est ꝙ cor huma
nū fidē in his duob⁊ accōmodauit: ꝛ quō credere potuit ꝙ hō de⁹ esset: ꝛ
ꝙ virgo mansit q̄ peperit. Nā ſm Grego. qđ fuit ꝑmāsit: ꝛ qđ nō erat assū
psit. Notandū scđo: ꝙ christus ꝓpterea venit in mundū hunc vt hoiem

Quare chr̄s venit in mundum.

ꝑditū liberaret: ꝛ ꝯ diabolū triūpharet. Sed postq̄ triūphauit ꝛ demonē
vicit: ipm in inferno ligauit: ꝛ oēs antiq̄s patres qui fecerāt voluntatē ei⁹
inde liberauit: quos in regno celoꝝ ſm meritoꝝ exigentiā pie collocauit.
Habuit em̄ gladiū diuinitatis: quo diabolū interfecit. Quare etiā induit
naturā humanā tanq̄ galeā. qꝛ sicut galea occultat hoiem ne videat: sic
humana natura occultauit diuinā: ita ꝙ nunq̄ cognita fuit diabolo. qui si
sciuisset christū filiū dei: nunq̄ iudeos incitasset ad passionē eius. Uidit
em̄ demū ipm facere multa signa: ex illo habuit opinionē eū fore dei filiū:
sed tñ veritatē nesciuit. ergo tētauit eū in deserto dicēs: Si fili⁹ dei es ꝛc.

Quare nat⁹ ē de virgine

Sed quare de virgine nasci voluit: id cause erat. qm̄ q̄ prius suasu ser-
pentis mente corrupta erat ꝛ corpe filios ꝓcreando ꝛ nostre perditionis
causa: sic virgo sua integritate fieret causa salutis: vt mater culpe ꝑ ma-
trē gratie vinceret. Item qui sine matre erat in celis: sine patre nasceret ī
terris. vt sic nō duos patres habere videret. Et sicut primus adam de ter

ra virginali ꝛ innocentie factus est: sic ꝛ secūdus adam christus. Item vt virginitas extolleretur antea cōtēptibilis: vt patz Judic. xij. Ultimo: vt cuius pater nescit feminā in diuinitate: eius etiā mater virū nesciret in humanitate: ꝛ sic de vtroqꝫ parente castissimo nasceretur. Origenes addit alia.

¶ Ad summam missam.

Natus ante secula dei filius: inuisibilis: interminus.

Per quē fit machina celi ꝛ terre: maris: ꝛ in his degentium.

Per quem dies ꝛ hore labant: ꝛ se iterū reciprocant. Quē angeli in arce poli voce consona semp canunt.

Hic corpus assumpserat fragile sine labe originalis criminis De carne marie virginis: quo primi parentis culpam eueqꝫ lasciuiam tergeret.

Hoc presens diecula loquitur prelucida: adaucta longitudine: Qđ sol verus radio sui luminis vetustas mundi depulerit genitus tenebras.

¶ Tertiū canticū qđ in laudē omnipotētis canitur tpe sue natiuitatis: attestatur filiū dei esse natū ꝓpter quasdā virtutes ab eo depēdētes. ¶ Ordo. (Filius dei). s. qui est (inuisibilis). s. scḋm diuinā naturā (ꝛ interminus). i. sine termino (natus). s. a deo patre generatiōe eterna (ante secula). i. ante originē aut creationē mundi. (Per quē). s. filiū: q̇ est verbū dei quo celi firmati sunt (fit machina celi). i. structura spherarꝫ celestiū (ꝛ terre). i. spherarum elementorꝫ (ꝛ degentium). i. vitā ducentiū (in his). s. duobus celo ꝛ terra. Unde ad Romanos. xj. Ex quo omnia: p quem oīa: in quo omnia ꝛc̄. Et iterū (p quē). s. filiū (dies ꝛ hore labant). i. ꝑtereunt ꝛ transeunt (ꝛ se iterum reciprocant). i. alternatis vicib9 redeunt. Et iterū (p quē). s. filiū (angeli). s. beati existētes (in arce). i. altitudine (poli). i. celi (canunt). i. collaudāt (semp ꝯsona voce). i. cōcordi melodia. Nunc ꝓbat modū natiuitatis dicēs (hic). s. filius dei (assumpserat). s. hypostatica vnione (corpus). s. humanū (fragile). i. passibile (sine labe). i. cōtagiōe vel macula (originalis criminis). i. peccati. Assumpserat inquā ipsam humanā naturā (de carne). i. de purissimis guttulis saguinis Marie virginis (quo). i. p quā incarnationē (tergeret). i. ablueret: expelleret: remoueret (culpā). i. pctm̄ (primi parentis). s. ade (ꝛ lasciuiā). i. petulantiā ꝛ inobedientiā (eue) cuius instigatiōe adā p̄ceptū dn̄i preuaricatus est ꝛ transgressus. Quare dies ista ornata est trib9 miraculis. Na (p̄sens diecula). s. natiuitatꝫ chr̄i (loquitur). i. ānūciat (h̄). s. p̄dictū de icarnatione dei. Diecula inquam (p̄lucida). i. valde splendida: ꝛ hoc spūaliter

(⁊ adiuncta longitudine).i.ꝓlongata ſm naturalē cursum supra dies ꝑce-
dentes. Ab hac em̄ die natiuitatis dn̄ice dies ꝓlongant᷑: noctes ꝟo abbre-
uiant᷑. Vel sp̄ualiter intelligendo tēpus gratie: qđ ꝑ christi natiuitatē plu-
cidū factū est: ⁊ longitudine miserationis adauctū. Hac causa qꝛ (verus
sol) christus (genitus).s.tp̄aliter in hunc mundum (depulerit).i. absterserit
(vetustas tenebras).i.antiquas maculas pctoꝝ: ⁊ hoc (radio sui luminis)
.i.gratie ⁊ misericordie. Per hoc mystice designat᷑ ꝙ in christi natiuitate
nouū testamentū qđ ꝑ diē intelligit᷑ augmentat᷑ ⁊ crescit: vetus ꝟo minuit᷑
⁊ decrescit: qđ ꝑ noctē intelligit᷑. ¶ Vocabula. Seculū est tēpus centū
annoꝝ vel humane vite. Ergo ante secula.i.ante tp̄a. Interminus.i. sine
termino: ꝑpetuus. Sic cōterminus.i.iuxta terminos. Machina est oīs
artificiosa structura: a greco noīe machine qđ idē ſcat. A q̊ mechanicus.
Degere.i.agere aut viuere. Nā ⁊ ꝑ se ponit᷑ cū accō vitā vel etatē: vt de-
go vitā. Inde fit degens participium.i.viuens quasi in paupꝑtate. Labo
verbū antiquū primi ordinis.i.cado. Inde fit labasco. Terent᷑. Labascit
victus vno verbo. Reciproco as are. ſcat reflectere vel inclinare ⁊ reci-
Originale pctm̄ — pere. Nā reciꝓcū est qđ illuc redit vnde ꝓfectū est. Originale pctm̄ si
ue pctm̄ originis est: illud in q̊ nascit᷑ homo ratiōe parētū: de quo abluunt᷑
pueri in baptismo. nam sumit exordiū ab origine parentū etiā primoꝝ: sic
palea. De q̊ Ps̄. Et in pctis cōcepit me mater mea. Itē: Et pctm̄ matrꝫ
eius nō deleat᷑. Labes idē est qđ macula. Lasciuus.i. petulans ⁊ libidi
nosus. Inde lasciuia.i.petulantia. Et lasciuire lasciuū esse. Nā lasciuio
idē est qđ superbio. teuto. geilkeit triben. Diecula est nomen diminutiuū
a dies. Teren. Nō satis habes ꝙ tibi dieculā addo. ¶ Notabilia.
Quia ſm Grego. hodie mirabiliter cōuenit summus ⁊ infimus.i. deus et
Christi nati uitas miraculosa. — homo. Antiquus ⁊ iuuenis.s.deus qui fuit ab eterno sine principio: ⁊ pu-
er modo natus. Magnus ⁊ paruus: qui mundū sua manu cōseruat in vte
ro virginis cōtentus est. quē em̄ totus nō capit orbis: in tua se clausit visce
ra factus homo. Diues ⁊ paup. nā cū esset rex regū dn̄s dominantiū: fa-
ctus est seruus seruoꝝ. Hic inquā natus est hodie ꝑ prouidentiā diuinam
ante secula.i.ante mūdi creationē. Vn̄ ipse dicit: Ego sum alpha ⁊ o: pri-
mus ⁊ nouissimus: principiū ⁊ finis. Sic Anastasius: Eternus pater: eter
nus filius ⁊c̄. Vel natus ante saluationē mundi: aut ante tp̄a vltime etatꝫ
vel centū annoꝝ: ꝑ qđ durat successio alicuius gn̄ationis. Nā ante christi
natiuitatē mundus fuit cōstitutus ꝑ quinqꝫ milia ⁊ ducētos annos minus
vno anno. Sed de fine mundi nulla datur certitudo. qꝛ nō est vestrū nosce
tp̄a ⁊ momēta que pater posuit in sua potestate. Christus natus mirabilit᷑
ſm diuinitatē de patre sine matre ante oīa secula: nasci etiā voluit ineffa-
biliter ſm humanitatē de matre sine patre in fine tēpoꝝ. Et ſm vtrāqꝫ na
tiuitatē tp̄alē ⁊ eternā est filius regis: vt patet ad Roma.j. Pater ꝓmisit
euangeliū de filio: qui fuit dn̄s ſm diuinitatē ⁊ eternā natiuitatē: sil'r et
tēporalē: dabit em̄ ei dn̄s deus sedē dauid patris eius: Luce.j. Hic inquā
christus voluit saluare nos: nō ꝓpter nostra merita: nec em̄ nr̄a bona opera
ip̄m mouerūt ad saluandū nos: sed sola miseratione sue pietatis. vn̄ ap̄lus
ad Titū.iij. Nō ex operib' iusticie que fecimus nos.s. prius. qꝛ nulla bona
opera feceramus: sed potius multa mala. Eramus em̄ inimici eius ꝓpter

peccatū. Ad Roma. v. Natiuitas christi fuit supnaturalis: qꝛ ꝑter cur-
sum nature facta est. Non em̄ ex cōmixtione virili: neq̄ ꝑ corruptionē vir-
ginitatis seu castitatis. Fuit etiā autore Augusti. mundo necessaria: vt ip̄e
christus esset mediator dei ꝛ hominū: ꝛ recōciliaret nos deo patri. Nā ex q̄
christus deus factus est particeps nostre nature: fecit nos ecōuerso parti-
cipes deitatis: qui ante natiuitatem fuit impassibilis ꝛ incorruptibilis. Si
ergo mundus redimi debuit: christū pati oportuit. Qd̄ nisi mediante hu-
manitate fieri nō potuit: q̄ passibilis efficeret. Itaq̄ ꝑ hoc opus incarnati
onis fortissima vicit q̄ sunt in mūdo. Seip̄m ex humilitate formā serui ac
cipiens: ꝛ in cruce moriens. Diabolū: ex potētia patres a limbo redimēs.
Totū mundū: vt patet Joan. xvj. Et omnē intellectū angelicū pariter et
humanū. Quis em̄ plene excogitare poterit modū dn̄ice incarnationis?
Neq̄ angelus quisq̄ neq̄ homo: neq̄ aliq̄s creatus intellectus. Joānes
em̄ bap. qui cōparatus est angelo: se intelligere nō posse cōmemorat hu⁹
incarnationis modū: nec soluere posse nodū indissolubilē ꝑ vocis expressio
nē: q̄ calceus humanitatis assumpsit substantiā diuinitatis. Ideo Joan.
dicit: Nō sum dignus soluere corrigiā calciamenti eius. i. aperire modū
vnionis deitatis ꝛ humanitatis. Quis vnq̄ maius vinculū audiuit: qꝛ hō
de virgine nat⁹: potētius opus fortassis q̄ creatio mūdi tota. Hec Augu.

Nec nox vacat noui sideris luce: quod magoꝝ oculos ter
ruit scios. Nec gregum magistris defuit lumen: quos pre-
strinxit claritas militum dei.

Gaude dei genitrix: quā circumstant obstetricū vice con
cinentes angeli gloriam deo. Christe patris vnice: qui hu-
mana nr̄i causa formā assumpsisti: refoue supplices tuos.

Et quoꝝ participē te fore dignatus es iesu: dignanter eo-
rū suscipe preces. Ut ipsos diuinitatis tue participes deus
facere digneris vnice dei.

¶ Ostendit christi natiuitatē fuisse reuelatā ex noue stelle apparētia: dicēs
¶ Ordo. (Nec nox). s. eius (vacat). i. caret (luce noui sideris). i. stelle q̄ pri
us nunq̄ apparuit (qd̄). s. sidus (terruit). i. timorē incussit (oculos magoꝝ)
i. triū regū (scios). i. sapiētia edoctos. (Nec lumē defuit magistris gregū)
i. pastorib⁹ (quos) pastores (claritas militū dei). i. angeloꝝ (perstrinxit). i. oc
cupauit ꝛ illuminauit. Propter qd̄ cōmēdat virginē gloriosam: dicēs. O
bta (dei genitrix gaude). s. de hac ineffabili filij tui natiuitate. Sic ꝛ Gre-
go. Gaude virgo gloriosa: tāta ꝓle generosa. (Quā angeli ꝯcinētes). i. col
laudantes (gloriā deo: circūstant vice). i. loco (obstetricū). i. mulieꝝ q̄ partū
adiuuāt. Quare petitiōes ad christū dirigit: dicens. O (christe vnice) nate
(patris: q̄ causa nr̄i). i. ꝓpter nos (assumpsisti humanā formā) i. naturā (re-
foue). i. refice ꝛ cōforta (tuos supplices). i. famulos tibi supplicantes. Et o

Christi nati-
uitas supna-
turalis.

Christi nati
uitas fortis.

vnice iesu fili dei(suscipe p̄ces).i.orātiões nr̄as(dignanter).i.gratiose: eoꝝ
hoim p̄sertim(quoꝝ dignatus es).i.voluisti(te fore).i.esse (participē: vt tu
deus ⁊ vnice fili dei digneris).s.tua infinita clemētia ⁊ miscđia (ipsos) scʒ
hoies(facere pticipes tue diuinitatis).i.glie celestis. Et ꝗ ꝑ miscđiam di⸗
gnatus es fieri particeps nr̄e humanitatis:fac nos ꝑ eandē miscđiam par
ticipes diuinitatis. ¶ Vocabula. Nox dr̄ a noctin grece:qđ est vigila
re latine:ꝑ ꝯtrariū:qꝛ tūc minime vigilamus. Vacat cū datiuo ſcat intē
dit:vel operā dat. Sed vacat cū abltō ſcat carere. Magus regē: specu⸗
latorē:reꝝ supiorē ⁊ incantatorē ſcat. Vide Picū Myrandulanū desup⸗
Scius.i.sciens vel doctus atqꝫ discretus. Inde ꝑ cōpositionē p̄scius in⸗
scius cōscius. Prestringere est impedire vel obcecare. Inde p̄stigiū.i.il⸗
lusio oculoꝝ. Et p̄stigiator illusor:ein gaucker. Obstetrix.i. mulier peri⸗
ta ꝗ parienti astat:⁊ recipit fetū de vtero ꝓgredientē. Fore verbū defecti
uū infiiniti modi:ſcat futurū esse. Sed abusiue ponit ꝓ esse simpłr. Di⸗
gnari est dignū haberi:vt hic. Vel dignū facere. Vergi. Haud equidē ta
li me dignor honore. Dignatus es est p̄teritū hui⁹ verbi dignor . Et debꝫ
declinari ꝓ vna parte orationis.qꝛ nisi hoc esset:verba passiua ⁊ deponētia
haberēt p̄terita:⁊ alia ab eo formata tēpora. ¶ Notabilia. Qn̄ christus
natus est in bethleē:suboriebat stella nunqꝫ pri⁹ visa:ꝗ duxit reges ad locū
De stella do mini: christi:ꝗ eū regē celoꝝ ⁊ dn̄m dn̄antiū inde cognouerūt. Vbi offerebāt si⸗
bi aurū thus ⁊ myrrhā. Per aurū eius potētia designat. Thure magnifi⸗
centia. Myrrha dn̄ica sepultura. Hinc extāt versus isti. Tres reges ꝗrūt
dn̄m:tria dona tulerūt. Caspar fert myrrhā:thus Melchior: Balthazar
aurū. Aurū dat regē:verū dant thura ꝓphetā. Myrrha sepulturam signat
penāqꝫ futurā. Ex alio:put collegi ex lapidib⁹ supra fores tēpli Argenti⸗
neñ.diui Laurētij. Accipe trine deus ꝗ fert tria dona sabeus. Hec tibi ꝗ
dederit dona btūs erit. Auro donantis virtusqꝫ ꝓbat amātis. In myrrha
bona spes:thure beata fides. Ex hac stella quidā eliciebāt: ꝙ cū nasceret
homo:tūc cū eo stella crearet ꝗ regeret cōseruaret ⁊ inclinaret eū ad bonū
vel malū. Quod falsum est. Nā ꝓprie stella nō fuit: sed miraculosuʒ factū
habēs stelle dispositionē.qꝛ nō habuit motū stellaꝝ:nec locū. qꝛ in aere p̄⸗
cessit eos:nec vnqꝫ postea visus est qn̄ reges redierūt in sua regna. Sʒ q̄re
gentilib⁹ ꝑ stellā christi natiuitas annūciata fuit Beda docet. qm̄ magis
Quare ꝑ stellā apparuit gentibus. irrationales erāt iudei: quib⁹ ꝑ angelū rationalem creaturā annūciat. Et
pastorib⁹ p̄ alijs:qm̄ ipse futurus erat pastor ⁊ rector totius vniuersi. Etiā
rōne simplicitatis ⁊ iusticie pastoralis:de quo inferius plura.

¶ De sancto Stephano prothomartyre Sequentia.

Hanc concordi famulatu colamus solennitatē: Au
ctoris illius exēplo docti benigno: Pro ꝓsecutoꝝ
precantis fraude suorum.

O Stephane signifer regis summi bone nos exaudi: Proficue qui es pro tuis exauditus inimicis.

Paulus tuis precibus Stephane te quondam persecutus christo credit. Et tecum tripudiat in regno cui nullus persecutor appropinquat.

¶ Hoc canticũ cantat in honorẽ sancti Stephani protomartyris: in quo ad laudem eiusdem hortamur. ¶ Ordo.

Nos christifideles (colamus) .i. veneremur (hanc solennitatẽ) .i. festiuitatẽ (concordi famulatu) .i. vnanimi officio qd faciamus (docti) .i. instructi (benigno exẽplo) .i. experimentali doctrina (illius auctoris) .i. doctoris Stephani (precantis) .i. orantis (pro fraude) scz ostensa in sua passione (suorum persecutorũ) .i. eum torquentiũ. Vñ exclamationẽ facit ad beatũ Stephanum: vt pro nobis intercedere dignetur: dicens (O bone Stephane) qui es (signifer) .i. ferens signa martyrij (summi regis) .i. iesu christi: qui est rex regũ ⁊ dñs dñantiũ (exaudi nos) .s. sicut te deus exaudiuit (qui es exauditus) .i. cum effectu auditus (proficue) .i. salubriter (pro tuis inimicis) .i. persecutoribꝰ. Cuius causa est: quia o beate (Stephane Paulus persecutus te quondã) scz tẽpore mortis ⁊ passionis tue (credit tuis precibus christo) .i. per tuas preces quas pro eo fecisti ad christũ cõuersus est (⁊ tripudiat) .i. victoriã habet (tecum in regno) scz celesti (cui) .s. regno (nullus persecutor) scz manens in eo statu (appropinquat) quia non solum non intrat tale regnum celeste: sed nec appropinquat. ¶ Vocabula.

Concors idem est qd vniformis: generis omnis: cõparabile ⁊ mobile: cõpositũ a con ⁊ a nomine cor. Famulatus nomen quarte declinationis: a verbo famulor. Fraus licet proprie sit deceptio: tamen hic pro malicia vel culpa ponit. Ita etiã apud Virgiliũ: Quis deus in fraudem. Signifer dicit quasi signũ ferẽs. ⁊ componit a nomine signum: ⁊ a verbo fero fers. Proficue aduerbium est: deriuatum a nomine proficuus: ⁊ fcat vtile. Quondam temporis aduerbiũ significat presens preteritũ atq̃ futurum. Christus dicit quasi chrismate vnctus. Inde christianus. Credo verbum cõpositũ a cretum ⁊ do. Cerno eñ in supino habet cretum: vt cõcretũ discretũ decretũ. Et significat fidei cõmittere: vel confidere. Virgi. in Bucolicis. O formose puer nimiũ ne crede colori. Etiam est mutuo dare pecuniã: vel est ad seruandũ cõmittere. Tripudium est saltatio: quasi terre pauium. Nam pauire est percutere. vnde pauimentũ. Et tripudiare est tripudiũ agere ⁊ saltare. teu. dantzen. Et est neutrale verbum a tres ⁊ pos siue pes compositũ: quia in chorea triplex fit pedũ variatio. Siue a pedio pedis qd est calco: q: in chorea tellus peditur ⁊ calcatur. Persequr cõpositũ a ꝑpositione per: ⁊ verbo sequor. ⁊ dicit quasi valde sequor. Inde persecutor est qui nõ cessat sequi. Etiã idem est quod vlciscor ⁊c.

¶ Notabilia. Gratia dei est q̃dã fons: cuiꝰ oẽs virtutes sunt q̃dã riuuli. Gratia dei.
A quo quidẽ fonte riuulis mediantibꝰ oĩs vite sanctitas ꝓcedit. Et certe hic fons erat in anima beati Stephani: qui dr plenꝰ gratia ⁊ fortitudine.

Virtutes cõnexe.

Stephanus coronat⁹ triplici corona.

De Paulo aplo.

Prelium triplex.

Ex q̃ sequit̃ q̄ habebat oẽs alias virtutes: q2 virtutes ẜm esse pfectū sunt sibĳnuicē cõnexe. Q̄uis em̃ vna virt⁹ ẜm se impfecta possit esse sine multis alĳs ẜm esse: tñ pfecta nõ potest haberi aliqua quin habeantur omnes. Secundū. Stephanus interp̃tat̃ corona siue coronat⁹ p martyrĳ toleran- tiã. Nã triplicē coronã habuit. s. virginalis lilĳ: doctrina magisterĳ: ꝛ triū- pho martyrĳ: quib⁹ specialiter est coronat⁹: vt stellis auro ꝛ gēmis. Dict⁹ est aūt pthomartyr a prothos primū: ꝛ martyr testis: q2 primus post chr̃m martyr erat: sicut Abel iustus. Tertiū de btõ aplo Paulo notandū: q̄ in iuuētute fuit psecutor Stephani ꝛ oim christianoꝝ. Sed postq̄ beat⁹ Stephanus p eo orauit vt fidē christi reciperet: statim suis p̃cib⁹ ↄuersus est ad fidē. Vñ ꝛ btūs Grego. rogat hoc cātico: vt ꝛ nos in firmitate fidei dignet̃ cõfirmare: qm̃ vn⁹ fuit de septē diaconis ab aplis in ministeriū or- dinatis. Quartū. Judei ↄtra btm̃ Stephanū triplex p̄liū iniendebant: Primū disputatiõis erat. Sed vidētes se nõ posse pficere aut vincere eū: nec sapiētie ꝛ spiritui eius resistere q̄ loq̄bat̃: ad secūdū venerūt: vt eū fal- sis testib⁹ accusarēt de blasphemia in deū: in Moysen: in legē ꝛ in tēplū: Vñ legē tripliciter cõmēdauit. s. rõne dātis dei: ꝛ rõne administrātis moy- si: ꝛ rõne finis. q2 dat vitã eternã eã debite seruantib⁹. Vidētes aūt se nec sic pficere: tertiū cogitauerūt: vt eū supplicĳs ꝛ tormētis superarent.

Nos proinde supplices ad te clamātes ꝛ precibus te pul- santes: Oratio sctissima nos tua semp cõciliet deo nostro.

Te Petrus christi ministrū statuit: tu Petro normã cre- dendi astruis: ad dextram summi patris ostendendo quem plebs furens crucifixit.

Te christus elegit Stephane: p quē fideles suos corro- boret: se tibi inter rotatus saxoꝝ solatio manifestans.

Nūc inter iclytas martyꝝ purpuras coruscas coronat⁹.

¶ Ad beatū Stephanū petitiones dirigens ait. ¶ Ordo. (Proinde). i. ꝓpterea (nos supplices). i. humiliter petentes ꝛ clamātes (ad te: ꝛ pulsantes te p̃cib⁹) vt (oratio tua sctissima). i. intercessoria p nobis (re- cõciliet). i. in amicitiã restituat (nos deo nr̃o) cū q̄ p pctm̃ inimicitias ↄtra- ximus. Demū q̄re b. Stephanus fuit in fide cõfirmatus oñdit p ei⁹ mar- tyriū ꝛ p̃miū post laborē: dicēs. O Stephane sctūs (Petrus statuit). i. or- dinauit (te ministrū christi). s. ad officiū diaconatus: in q̄ (tu astruis). i. con- firmas (Petro normã). i. regulã credendi quã. s. a btõ Petro recepisti: ꝛ h̄ fecisti (ostēdendo). s. eū (quē plebs). s. iudeoꝝ ꝛ gētiliū (furēs). i. insaniens ꝛ crudelis exñs (crucifixit) stantē vel sedentē (ad dexterã sūmi patris) ꝛ i po- tiorib⁹ bonis eius. O Stephane (christus elegit te). s. specialiter sibi i p̄di- catorem (per quem fideles suos). i. in eum credentes (corroboret). i. confir- met (manifestans se tibi inter rotatus). i. inter ictus (saxorum). i. lapiduim

(solatio).i.ꝑ solatio ꝛ refrigerio. O stephane (tu coruscas).i. splēdes (nūc) s. in celo (coronatus) qꝛ stephanus interp̄tat̄ corona (inter inclytas purpuras).i. inter vestes rubras ꝛ coloratas sanguine tuo (martyrū).i. militū christi: qui ꝑ dn̄o passi sunt. ¶ Vocabula. Proinde ẜcat ꝓpterea vel ꝑ eo: ꝛ est aduerbiū. Supplices dicunt̄ qui sunt in magna deuotiōe: a supplicando ꝛ petendo dicti. Conciliū aūt cōgregatio dr̄: vt in Ps̄. Cōciliuꝫ malignantiū obsedit me. Itē: Nō sedi cū cōcilio vanitatis. Inde fit Concilio as are.i. ad cōciliū iungere aut ꝑ amorē iungere. Vergi. Tu sceptra Iouēqꝫ cōcilias. Inde fit recōciliare: qḋ est in gratiā reducere: placare et pacificare. Astruo verbū transitiuū ẜcat quasi ad aliḋ struo. Qn̄qꝫ ẜcat addo: qn̄qꝫ aūt affirmo: vt hic. Corroborare est robur dare ꝛ firmare. Robor aūt duo ẜcat. vn̄ Robora sunt trunci: dicunt̄ robora vires. Rotare aūt est voluere: vt in rota fit. Vergi. Instat nos secius ac rotat ensem. Inde rotatus.i. volutio vel iactio: itē pena vel pressura. Inclytus ab in ꝛ cleos gloria: quasi valde gloriosus. Purpura est color silis sanguini concreto. ¶ Notabilia. Sciendū primo. b. Stephanus hac die nō est passus: sed illa die qua celebrat̄ eius inuentio. Sed mutata sunt festa ab ecclesia. qꝛ natiuitas christi corꝑalis ꝛ gratiosa qua ingressus est in mundū: est causa natiuitatis sp̄ualis ꝛ gloriose ꝑ quā sancti ingrediunt̄ in celum. Unde Augusti. Solus descendit dn̄s vt mūdos eleuaret. Et qm̄ prim⁹ homo qui in nouo testamēto mortē patiens ꝛ ꝑ gloriā martyrij natus est in celū fuit beatus Stephanus: idcirco ordinauit eccl'ia vt statim post festū natiuitatis christi ꝛ corꝑalis ꝛ gl'iose fieret festū de natiuitate stephani spirituali ꝛ gl'iosa. Vn̄ Augu. Heri dn̄s exiuit de vtero virginis: hodie seru⁹ est egressus de ergastulo carnis. Heri christus fuit ꝑ nobis pannis inuolutus: hodie Stephanus ab eo est stola imortalitatis indutus. Heri p̄sepis angustia christū portauit infantē: hodie imēsitas celi suscepit Stephanū triumphantē. Itē qꝛ festū inuentionis eius solennius agebat̄ q̄ꝫ festū passionis. Sed qꝛ passio est dignior ꝛ gloriosior q̄ꝫ inuentio: ob hoc etiā solēnius esse debet. Ideo eccl'ia festū passionis ad illud transtulit in q̊ ampliori reuerentia habeat̄. Itē ex alio: hec tria festa que sequunt̄ natiuitatē dn̄i sic voluit ordinare. Primo ꝙ christo sponso ꝛ capiti oēs sui comites adiungant̄. Natus em̄ christus sponsus in hunc mundū tres sibi comites adiunxit: vt in Can̄. Dilectus meus candidus ꝛ rubicūdus: electus ex milibus. Candidus quo ad Ioannē euāgelistā. Rubicūdus q̊ ad b. Stephanū ꝓtomartyrē. Et electus ex milibꝫ q̄ꝫtū ad turbā innocentū. Scd̄o vt ecclesia oīm martyꝝ generatoꝝ ẜm gradū dignitatis insimul adunaret: q̊ꝝ natiuitas christi causa fuit.

De mutatione festiuitatū stephani.

Est em̄ triplex martyriū. Primū volūtate ꝛ ope: vt in Stephano. Secundū voluntate ꝛ nō ope: vt in Ioanne. Tertium ope ꝛ nō voluntate: qḋ fuit in innocentibꝫ. Scd̄o nota ꝙ lapidatio Stephani facta est eodē anno quo dn̄s ascendit: tertio die mēsis Augusti. Sanctus ꝓo Gamaliel ꝛ Nicodemus sepelierūt eū in agro Gamalielis: vbi postea eius inuentio fuit reuelata. Tertio dubitat̄: an visio b̄ti Stephani qua vidit celos apertos ꝛ iesum stantē a dextris virtutis dei fuit mentalis: imaginaria: vel corporalis? Ad hoc dicūt aliqui ꝙ fuit mētalis tm̄. ita ꝙ speciali gr̄a fuit cōcessum Stephano videre nō solū huma

Martyrium triplex.

De visione stephani.

nitatē christi: sed etiā diuinitatē. Sicut de btō Paulo Augusti. dicit: ꝙ si
bi cōcessa erat potestas videre diuinā essentiā: eo ꝙ erat doctor gentium.
Sed hoc est ꝯtra mentē doctoꝝ: qui cōcorditer dicunt ꝙ talis visio nō est
cōcessa in ꝑsenti alicui hoīm. Propter hoc dicunt alij ꝙ fuit visio imagi-
naria: ita ꝙ in eius imaginatione fuerunt effigies diuinitus formate ad re
presentandū deū ⁊ hominē christū. sicut Esa. v. Esaias vidit dn̄m sup so
liū excelsum seraphin. Stantib₉ ex vtraqꝫ parte ⁊ mente: cognouit Ste-
phanus signatū illius repsentationis. Et sic q̄ꝫtū ad hoc nō solū fuit ima
ginaria visio: sed etiā cū hoc mentalis: sicut fiebat ꝓphetis. Et nō est du-
bium quin isto modo potuit fieri. Sed ꝓbabilius videt̄ esse dicendū: ꝙ a

Quō de⁹ pos sit videri.

corpore christi existente fuit īmutatus visus stephani ad visionē humani-
tatis christi. Nam in potestate eius est ꝙ corpus suū nō videat̄ a longe: sꝫ
de prope fonte. Et forte idem est de quolibet corpore alio glorificato: qꝛ
totaliter est subiectū anime. Propter qḋ videt̄ ꝙ ad nutum eius possit im-
mutare visum indifferēter a longe ⁊ a prope. Sic in ꝑtāte eius est ꝙ īmu-
tat visum in ꝓpria vel aliena effigie: sicut dicit̄ de corpore christi glorioso
Luce vltimo. Deitatē ꝑo videre nō potuit isto modo: sed in visione ima-
ginaria. Format̄ em̄ in virtute imaginatiua aliqua effigies ad repsentādū
deum: ita exterius pōt diuinus formari ad īmutationē corporalis oculi. si-
cut suo modo fit in apparitione angeloꝝ qn̄ apparent in corporib₉ assum-
ptis: quo corpaliter videt̄ aliqua effigies corpalis: nō a deo sumpta sꝫ for-
mata pōt ipm̄ repsentare oculo corporali. Sic ꝓbabiliter potest dici ꝙ sic
fuit in visione sancti Stephani. Mētaliter tamē cognouit ꝙ illa effigies
non erat ipsa deitas: nisi tm̄ representatiue.

¶ De sctō Joanne aplo ⁊ euangelista.

IOannes iesu christo multū dilecte virgo.
Tu eius amore carnalem in naui parentem li-
quisti.
Tu leue coniugis pectus respuisti messiam secutus. Ut
eius pectoris sacra meruisses fluenta potare.
Tuqꝫ in terris positus gloriam conspexisti filij dei. Que
solum sanctis in vita credit̄ contuenda esse perenni.

¶ In laudem diui Joannis euangeliste hoc canticū canit̄. In q̊ btūs Jo-
annes cōmendat̄ ex quadam prerogatiua ⁊ dignitate amoris ⁊ miraculo-
rū suoꝝ. ¶ Ordo. (O Joannes virgo multū). i. valde (dilecte iesu chri
sto: tu liquisti). i. reliquisti) carnalē parentē). i. patrē scꝫ zebedeū (in naui). i.
laborantē nauigio (amore). i. ꝓpter amorē (eius). s. iesu christi. Et tu Joan
nes apl̄e (respuisti). i. cōtempsisti ⁊ spreuisti (leue). i. vanū ⁊ transitoriū (pe-
ctus cōiugis). i. vxoris tibi desponsate (secutus messiam). i. christū :(vt tu

meruisses potare).i. bibere ꝛ exhaurire (sacra fluenta).i. sacrā sapientiam (pectoris eius).s. iesu christi. Ex alio sanctū euangelistā cōmendat penes virtutes quasqꝫ speciales. dicēs: Et tu Joannes (positus).i. existens (i terris cōspexisti).i. vidisti (gloriā dei filij. Que).s. gloria (credit esse cōtuēda) .i. videnda (solū sanctis in perenni vita).i. in eterna vita regni celorum.

¶ Vocabula. Linquo verbū tertij ordinis: liqui in pterito habet caretqꝫ supino. Et fcat modo relinquo: modo pecco: ꝛ tunc est neutrale. Cōiunx nomen cōmune fcat tam virū qꝫ mulierē: vterqꝫ em̄ illoꝝ alteri iungit. Leuis prima pducta idē est qȯ planus ꝛ mollis. Vergil. Et sepe in leui quesissent cornua fronte. Messias hebraice dr grece soter: latine christ9. Fluentū a fluo fluis dicit. Perennis idē qȯ ppetuus: scribit sine h. quia fit a per ꝛ annus. Dicit etiā perennus a um adiectiue. ¶ Notabilia.

Joannes q̄ttuor habet priuilegia: q̄ p q̄ttuor eius interptationes intelliguntur. Primo dicit Joānes quasi gratia dei. In quo intelligit pcipua dei dilectio. qr christus ipm plus ceteris aplis dilexit: ꝛ maiora signa dilectionis sibi oñdit. Scdo dr ioannes in q̄ est gr̄a. Per qȯ tangit carnis eius incorruptio. qr virgo dilectus est a deo: ꝛ sic in ipso fuit gratia virginitatis. Tertio interptat quasi cui donatū est. Per qȯ tangit tertiū priuilegiū: qȯ est secretoꝝ reuelatio. qr ei datū est intelligere multa secreta ꝛ pfunda: sic de diuinitate verbi ꝛ ɔsecratione seculi. Quarto idē est qȯ cui donatio facta est. Per qȯ matris dei recōmēdatio tangit. Maxima em̄ a dño ei donatio facta est qñ mater dei in eius custodiā cōmissa fuit. — *Joannis interpretatio.*

Scdo cū beatus Joannes cū patre suo zebedeo ꝛ fratribꝫ suis Jacobo maiori ꝛ Thadeo laborasset in naui p piscatura: christus vocauit eū dicēs: Seq̄re me. Ille statim relictis retibus secutus est dñm. Nā motus verbis euāgelicis in quo christus ait: Nisi q̄s abrenūciauerit patrē ꝛ matrē aut vxorē: nō pōt meus esse discipulus. — *Vocatio ioannis ad apostolatum.*

Legit em̄ in scholastica histo. ꝙ cū sctūs ioānes euāgelista adhuc iuuenis marie magdalene desponsatus esset ꝛ legitimo matrimonio copulatus: dū ꝓo nuptie debebant celebrari: sctūs ioannes subterfugit relinquēs cōiugē suā: spernēs desideriū carnale. Et dicūt doctores ꝙ illud idē erat cōuiuiū vbi christus primū signū suoꝝ miraculoꝝ fecit: cōuertendo aquā in vinū in chana villa galilee regionis. vt ptꝫ Joā. ij. vbi dixit dñs: Implete hidrias aqua: ꝛ ferte architriclino. Vñ speciali dilectiōe pditus fuit. Nā cū christus esset in cena tpe passiōis: beatus ioannes recubuit ꝛ obdormiuit sub pectore eius: ꝛ ibi diuinitus sunt ei reuelata oia secreta celestia: de quibꝫ Apocalypsim conscripsit. Et licet nullus homo mortalis in hoc mundo posset tantā gloriam videre nec intelligere: vt patet per philosophū secundo metaphysi. dicentis: Sicut se habet oculus nocticoracis ad lumen solis: sic se habet intellectus noster ad ea que sunt manifestissima in natura. Modo si hoc in humanis: quid de diuinis sentiendum? — *Joānes maritus magdalene.*

Tertio de cōmendatione matris dei Marie: notandum ꝙ quando christus saluator noster pependit in cruce videns matrem virginem Mariam nimis tristem ꝛ carentem solatio dixit ad eam. Mulier ecce filius tuus. Deinde vidit discipulum quem diligebat scilicet Joannem: ꝛ ei dixit: Ecce mater tua. Unde in questione est: quare christus ad virginē Mariam matrem eius dixit mulier: ꝛ nō virgo vel mater? Rñsio — *Cōmēdatio Marie.*

De ṽbo christi in cruce: Mulier ecce filius tuꝰ.

Quo docente deum: mare vidit ⁊ fugit: iordanis conuersus est retrorsum.

Quia turba gentium relicto vitiorum profundo: og rege basan confuso: Te solum adorat christũ creatorem: quẽ ⁊ cognoscit in carne venisse redemptorem.

¶ Cõtinuando sermonẽ supradictũ de btõ paulo aplo ⁊ eius pdicatione: ait in hunc modũ. ¶ Ordo est planus. Nã paulus docens nõ esse alium deũ preter christũ crucifixũ: qui regnat cũ patre ⁊ spiritusctõ. hoc est: paulus oñdit iudeis illũ quẽ crucifixerant esse christũ ⁊ deũ verũ. (Cuius) scz christi dei (paulus est testis). i. affirmator. Nam (hic) scz paulus est (lingua sacerdotũ: dũ ipse plinxit). i. pfecte ⁊ ad vnguẽ linxit ⁊ ordinauit (more canis). i. ad similitudinẽ eius (duos molares). s. fundamenta (legis). i. veteris testamenti (⁊ euangelij: cõtriuit). i. collegit ⁊ (corrosit). i. vndiq₃ cõportauit (in his). s. molaribꝫ (vniuersas species). s. aromaticas (medicinarum). s. spiritualiũ (quibꝫ) speciebꝫ (saucij). i. infirmi (curant). i. satiant (⁊ reficiunt). i. fouent ⁊ refocillant (enutriendi). i. informandi in rudimẽtis fidei. (Quo) scz paulo (docente). i. pdicante (deum). s. christũ (mare vidit ⁊ fugit: quia turba gentiũ) infideliũ paganorum (relicto profundo). i. magnitudine ⁊ imensitate vitiorum: ⁊ (confuso og rege basan). i. superato og qui fuit rex basan illius regionis: hoc est victo diabolo (adorat) scz turba gentiũ (te solum christũ creatorem). s. omniũ (quẽ agnoscit). i. fideliter credit (venisse redemptorem in carne). i. natura humana. ¶ Uocabula. Os est nomen neutri gñis: sicut ⁊ ius. que tribꝫ casibꝫ in plurali carent. Perlingo hic capit p informare: ⁊ habet perlinxi in pterito ⁊ caret supino. Molaris dicit quasi ad molã pertinens. Et qñq₃ capit adiectiue: qñq₃ substantiue. Etiã sicat dẽtes maiores quibꝫ molitur cibus: ita capit hic. vt Dentem molarẽ lapidẽ dic esse molarem. Sic etiã alibi in ꝓphetia de natiuitate christi. Sautius dicit vulneratus ⁊ lesus: Inde sautiare. i. vulnerare ⁊ ledere. Jordanis ame-

nus est fluuius circa iudeā. Hic ponit̄ ꝑ pp̄lo iudeoꝝ: sic ut mare ꝑ genti-
libus. Basan fuit quedā regio: cuius rex dicebat̄ og: qui hic ponit̄ ꝑ dia
bolo. ¶ Notabilia. Prima pars hu9 sentētie trahit̄ ex dicto ꝓphete ps̄
lxvj. vbi dicit: Intingat̄ pes tuus in sanguine ⁊ lingua tuoꝝ canū ex ini-
micis. Vñ pes beati pauli est intinctus sanguine: qm̄ ꝑ circuitū vniuersi
mundi pericula sustinuit: que ꝑ se enumerat ad Corinth. ij. dicens: Ter
virgis cesus sum. Hec pericula Hylarius describens ait: Beatus paul9
sub philippo virgis cedit̄: in carcerē ponit̄: in ligno pedib9 affigit̄ in listris
in eadē ciuitate lapidat̄: in epheso seruidatur: in damasco ꝑ sportā tpe no-
cturno ꝑ murū emittit̄: in hierl'm ligat̄ ⁊ ꝑcutit̄: in cesaria claudit̄ ⁊ crimi-
natur: in italiā nauigans periculo maris arripit̄: romā veniens sub nerone
iudicatur ⁊ occisus fuit. Et ergo pes eius intinctus est sanguine. Scd̄o
notandū de lingua canū: ꝙ lingua ponit̄ pro predicatione ꝑ methonomiā.
Itē ꝑ infideli: q2 canis est animal despectū ⁊ irrōnale. Vñ cū dn̄s vellet
maledicere Moab ꝑ os Dauid: eo ꝙ interfecit abner principē militie re-
gis saul: dixit: Non deficiat de domo tua canis fluxū sanguinis sustinens
.i. infidelis. Et in euāge. Nō est bonū sumere panē filioꝝ ⁊ dare canib9 ad
manducandū. Sed btūs paulus fuit lingua .i. p̄dicator illoꝝ canū. Nā de
canib9 fecit homines rōnales: de paganis fideles: de filijs ꝑditionis fecit
filios repromissionis. Vñ ad intelligentiā littere qn̄ sic d2: hic lingua tuo
rum est canū: potest etiā exponi ꝑ canoꝝ: a noīe canus. ⁊ dicit̄ hō spūalis
habens caniciem. Et erit sensus ꝙ btūs paulus est lingua tuoꝝ canū .i. sa-
pientū. Tertio notandū ꝙ sacerdotes dicunt̄ canes duab9 causis. Pri-
ma: sicut canis est animal latrabile manifestans furē ⁊ latronem: sic sacer-
dos debet manifestare ipsos pctōres: ⁊ debet latrare ⁊ ipsis p̄dicare ⁊ pel
lere infidelitatē de hominib9. Vñ Esa. Clamare nō cesses: exalta vocem
tuā quasi tubam. Scd̄a: q2 canis lingendo vulnera sanat ipsa: sic lingua ⁊
doctrina sacerdotis debet sanare vulnera anime. Sed ꝙ dixit: in ore oīm
sacerdotū. illud patet ex ep̄la pauli: vbi docet qualis debet esse ep̄s dicēs:
Oportet aūt ep̄m mitē ⁊ castū esse: nō lucri cupidū. Et simili modo dabat
illa iura omnib9 sacerdotib9: ⁊ cū hoc omnib9 gradū sacerdotalē habētib9.
Per hoc aūt ꝙ dixit: crucifixum: debet intelligi christus: qui crucifixus est
verus deus regnans cū patre ⁊ spūscō. Vñ Dauid: Videte ego sum so-
lus: ⁊ nō est alius p̄ter me. Itē de cane sciendū ꝙ canis animal latrabile
ponit̄ ꝑ p̄dicatore: vt modo diximus. Nam sicut ille cōtinue latrat: sic p̄-
dicator dei debet cōtinue latrare p̄dicando ꝯtra infideles ⁊ ipsos p̄dica-
tores ac eoꝝ vitia corrigendo. Vñ de cane habent̄ quedā virtutes: quas
sanctus paulus dicit̄ in se retinuisse. Versus. In cane laudanda q̄ttuor
sunt atq3 probanda. Est lingua medicus: dn̄iq3 fidelis amicus. Edē custo
dit: furē latrandoq3 prodit. De quib9 Perottus in cornucopie multa. Nā
dicit̄ esse medicus rōne lingue: sicut btūs paulus multos deuiantes ⁊ debi
les qui nō potuerūt cognoscere vere fidei luciditatē curauit lingua sua .i.
instructione dulcissima ⁊ doctrina lingendo corda debiliū ⁊ errantiū: eis
imprimendo saluberrima fidei documēta. Etiā dn̄o suo multū fuit fide-
lis sicut canis: qm̄ cōmissa fideliter obseruauit a rapina: fideles em̄ in cu-
stodia retinebat. Et ita quelibet virtus adherens cani ⁊ sancto paulo pōt

De periculis btī pauli apl̄i

De lingua canum.

Canis.

Sacerdotes canes.

Ep̄i quales.

De cane:

applicari valde cõmode. Ultimo notandũ: ꝑ duos molares intelligitur
Duo molares eccl'ie.
duplex testamentũ: nouũ ⁊ vetus. quoꝝ vnũ mouet aliud: ita ꝙ vnũ ex alio
cognoscit᷑. Et hos molares bñ cõtritos plectos ⁊ expositos cõfirmauit in
ore alioꝝ sacerdotũ: vt ⁊ ipsi possent etiã verbũ dei ꝑdicare. Dicit᷑ etiã in
Sautij qui.
l'ra: corrosit vniuersas species. Nã sautij dicunt᷑ illi q̃ sunt in infirmitatibꝰ
Enutriendi.
occupati: ⁊ sumit᷑ hic ꝑ hereticis ꝯ fidẽ luctantibꝫ. Sed enutriẽdi dicunt᷑
qui nondũ aliquã fidẽ integraliter receperũt: sed sunt adhuc informandi
Et medicina illoꝝ nõ est alia nisi ꝑdicatio ⁊ verbũ dei cũ bñficioꝝ cõfir-
Mare vidit ⁊ fugit: q̄d sit dicere.
matione. Qñ aũt dicit textus: mare vidit ⁊ fugit: hoc trahit᷑ ex cantico fi-
lioꝝ israel qñ exierũt de egypto. Et est figurata locutio ꝑ ꝓsopopeiã: q̃ hz
fieri qñ aliq̃d attribuit᷑ rebꝫ inanimatis q̃d tñ spectat ad res aĩatas. ⁊ s̃ sic
exponit᷑: Mare vidit exercitũ filioꝝ israel ⁊ fugit: dans eis securũ trãsitũ
vt pambularet ipm siccis pedibꝫ. sicut scribit᷑ in Exodo: qñ. xij. tribꝫ israel
ptrãsiuerũt mare rubrũ: tũc. xij. lapides sunt positi iuxta mare in signũ illiꝰ
ꝙ dñs fecit stare aquas iordanis donec ṗpl's ptransisset. Sed metaphori-
ce intelligit᷑ ꝙ mare. i. infidelitas gentiliũ vidit ⁊ euanuit ꝓpter ꝑdicationẽ
sancti Pauli: ⁊ fugit. i. a malicia cessauit ⁊ locũ deo dedit. Sz iordanis. i.
error iudeoꝝ est cõuersus retrorsum. i. multi iudei ꝑ ꝑdicationẽ s'cti pauli
Rex basan.
sunt reuersi ad dñm. Itẽ rex basan erat gigas in corpe: potẽs in regno. ꝑ
quẽ diabolũ intelligimus: q̃ defecit in ꝑdicatiõe b'ti apl'i dei pauli: ⁊ est cõ-
fusus. q: sanctus paulus docuit hoĩes resistere tẽtationibꝫ diabolicis.

¶ In festo purificationis Marie virginis.

Concentu parili hic te maria venerat᷑ populus: te ꝗ pijs colit cordibus.

Generosi abrae tu filia veneranda: regia de dauidis stirpe genita. Sanctissima corpore castissima moribus ꝗ omnium pulcherrima virgo virginum.

Letare mater ⁊ virgo nobilis: gabrielis archangelico q̃ oraculo credula genuisti clausa filium. In cuius sacratissimo sanguine emundat᷑ vniuersitas perditissimi generis: vt promisit deus abrae.

Te virga arida aaron flore speciosa prefigurat maria sine viri semine nato floridam. Tu porta iugiter serata: quã ezechielis vox testatur: maria soli deo peruia esse crederis.

¶ Hoc canticũ in laudẽ ⁊ reuerentiã virginis gloriose canit᷑ in purificationis sue festo. In quo primitiua huius festi cõmendatio ponit᷑ q̃ztũ ad ꝓpheticã dignitatẽ. Sc'do eiusdẽ festi historialis descriptio: cũ eius confe-

cutiua collaudatione. ¶ Ordo. O(maria)virgo(hic populus).i.cōgre-gatio hoīm(venerat).i.honorat te(parili concentu).i. equali z cōcordi cantu(z colit).i.celebrat(te pijs cordib9)scʒ qz (tu es veneranda filia generosi abrae)z hoc q̄ ad eius ꝓgeniē(genita).i.nata(de regia stirpe).i. regali ꝓgenie(dauidis)qz ꝓmissio est facta dauidi q de semine suo nasceret christ9. Et tu maria es(sanctissima).i.purissima z itegerrima(corpe: z castissima).i.pudicissima(morib9)scʒ vita verbo z conuersatione (z pulcherima virgo oīm virginū).i.speciosior cunctis alijs atqʒ formosior virgo. Tunc amplificando laudē virginis gloriose ait:(O mater)iesu christi(z virgo nobilis).i.generosa(letare.i.gaude z exulta(que).s.fuisti(credula archangelico oraculo).i.allocutioni gabrielis archangeli(z genuisti clausa).i.incorrupta(filiū:in cuius)filij(sacratissimo sanguine emundat).i.liberat a culpa(vniuersitas ꝑditissimi generis).i.vniuersuʒ genus humanū(vt).i. sicut vel quēadmodū(deus)omipotēs pater(promisit abrae).s.dictis angelicis. Et tu genuisti filiū tuū iesum christū casta z incorrupta:qui.s.iesus christus totum genus humanū ꝑditū z cōdemnatū redemit suo sanctissimo sanguine: vt ꝓmisit generoso abrae. Et ꝯseq̄nter beatā dei genitricē cōmendat q̄ntū ad mysterialē z ꝓpheticā dignitatē:dicēs(O maria arida virga aaron)scʒ existens(z speciosa).i.formosa(flore).i.p florē(ꝑfigurat).i.signat (te floridam).i.fecundā(nato).i.p filiū tuū(sine virili semine. O maria tu es porta serata).i.clausa(iugiter).i.assidue(quā)portā(vox ezechielis) ꝓphete (testat).i. ꝑdixit(z tu crederis esse peruia soli deo) ¶ Vocabula. Cōcētus nomē quarti ordinis:a verbo cōcino. Vel dicit a con z cantus:quasi cōsimiliuʒ vel plurimoꝝ cantus. Parilis adiectiuū nomen:idē qd̄ equalis. Et dicit a noīe par paris. Vn̄ nota q oīa noīa in ilis que formant a nominib9 ꝓducunt i.pter parilis:qd̄ fit a noīe par. Exempla huius regule sunt puerilis: senilis:anilis:seruilis. Venerat verbū est cōmune:z ꝑcat actionē in pn̄ti. Colo verbū transitiuū multa ꝑcat equiuoce. Vn̄:Agros rus formā superos colit atqʒ parentes. Hic arat:hic habitat:ornat:adorat:amat. Generosus dicit q̄ est de magno genere:vt sunt comites z barones. Archangelicus nomen adiectiuū deriuatū ab archangelus: qui dicit ab archos qd̄ est princeps:z angelus nuncius:q̄si princeps angeloꝝ z nuncioꝝ dei. Oraculū(vt ait Seneca)est diuina voluntas ore hoīs enūciata. Vergil. Mittimus eriphilū scitatū oracula phebi. Sed tu vide Macrobium in somnio scipionis. Credulus adiectiuū note significationis:a verbo credo:qui faciliter credit. Perditissimus ponit hic in suplatiuo gradu. z dr perditus quasi damnatus:sic perditissimus quasi maxime dānatus. Teren. Perditus sum miser ego. Aridus nomen adiectiuū: deriuatū a verbo areo qd̄ est sicco. Inde aresco verbū incohatiuū.i.aridus fio. Et area campus vel planities nō fructuosa:teu.ein hoffstat. Itē locus vbi terunt fruges in horreis. Floridus adiectiuū est a noīe flos. Testat verbū deponens habens actiuā significationē. Peruius idē est qd̄ penetrabilis.z dicit a per qd̄ ꝑcat valde:z via: quasi ꝑfecta via. Et hoc soli deo zc̄.

Regula nominū in ilis.

Oraculū qd sit.

¶ Notabilia. De aaron sciendū q fuit frater moysi:maior natu:z primus iudeorum pontifex fuit. Quod alij quidam cum egreferrent: iussit dominus deus vt z aaron z alij sui suas quisqʒ virgas deferrent in taber-

naculũ dñi: vt miraculo ꝓderet quis esset pontificio dignissimus. Deinde reuersi viderũt virgã aaron flores ꝛ fructus protulisse.

De Ezechiele ꝓpheta.

Ezechiel aũt fuit ꝓpheta: q̃ sic scribit de virgine maria: Cõuerti me ad viã porte sanctuarij exterioris: q̃ respiciebat ad orientem: ꝛ erat clausa. Et dixit dñs ad me: Porta hec clausa erit ꝛ nõ aperiet: vir nõ transibit ꝑ eam: eritq; clausa ꝑn cipi: q2 dñs deus ingressus est ꝑ eam ꝛc. Scdo notandũ ꝙ lr̃a dicit: hic

Iudei mariã nõ colunt.

populus: ad excludendũ pplm iudaicũ. q2 talis populus nõ venerat virginẽ gloriosum. Et q2 in lr̃a dicit: filia abrae: notabis ꝙ btã virgo nõ fuit filia abrae ſm carnis generationẽ: sed tñ ſm linee cõsanguinitatis descensum: q2 ex stirpe abrae genita fuit.

Maria quõ d2 abrae filia

Tertio notandũ ꝙ scribit Malach. ij. Ecce mitto angelũ meũ qui ꝑparabit ante faciẽ tuã: ꝛ statim veniet ad templũ sanctũ suũ dñator dñs: quẽ vos queritis: ꝛ angelus testamẽti quẽ vos vultis. In quib9 verbis tangit huius festi originalis cõmendatio et eius historialis declaratio ac huius festi cõsecutiua collaudatio.

De festo purificationis marie.

Vñ hoc festũ purificationis btẽ virginis marie habuit originẽ a festo cõceptionis ꝛ natiuitatis. q2 si beata virgo nõ fuisset cõcepta nõ fuisset nata: ꝛ si nõ fuisset nata nõ fuisset purgata. ꝛ ideo ad ipsius cõceptionẽ deus misit angelũ suũ dicens ad eam: Spũssanctus supueniet in te ꝛc. Quib9 verbis ipsa consensum adhibuit dicẽs: Fiat mihi ſm verbũ tuũ.

De angelo.

Et ꝑ angelũ intelligitur spũssanctus missus in terrã: q̃ ꝑparauit viã ante faciẽ christi venientis. ex q̊ spũsctũs ferebat sup aquas ante creationẽ mundi: ꝛ corda ꝓphetarũ irrigauit. ꝛ virtute illius missus est gabriel angelus: vt ꝑ3 Luc. j. Vel per angelũ intelligit sanctus ioannes baptista: q̃ preiuit ꝛ q̃ ꝑcursor dñi appellat.

Tẽplũ christi triplex.

Quarto notandũ: triplex est templũ ad qd christus veniebat. Primũ est originale corpus: ad qd venit tpe incarnationis sue. Et btã virgo ẽ vocata templũ dei. Vñ Grego. Domus pudici pectoris templũ repente fit dei. Secundũ tẽplũ ad qd christus venit fuit materiale: ex lignis ꝛ lapidib9 cõstructũ. Et hoc fuit tpe purificationis btẽ virginis marie. Tertio venit ad templũ spũale quã inhabitat: ꝛ intrat corda fideliũ. vñ apls ad Corin. Templũ dei sanctũ est: qd estis vos. Et de tẽplo materiali intelligit dictũ ꝓphete Malachie: de q̊ s. Quia idẽ dñs q̃ ꝑsentatus est i tẽplo: ille est angelus qui in veteri testamẽto ꝑfiguratus est in nube. Sed in nouo est ꝑfiguratus in speculo ꝛ relucentia.

De figuris testamenti.

Nã legit in Exo. postq̃ fabricata erat arca testamẽti reclusit moyses in ea verũ mannã ꝛ virgã aaron ex ꝑcepto dñi: etiã tabulas legis. Hec tria erant figure noui testamẽti. q2 ꝑ tabulas legis intelligit deus pater. q̃ dedit legẽ moysi. Per manna verũ intelligit filius: q̃ est verũ manna qd de celo descendit. Sed ꝑ virgã aarõ designat spũsctũs: virtute cui9 descendit de celo inter virgas: et qui fecit florere virgã aaron.

Mysterium trinitatis

Vel ꝑ virgã intelligit castitas: q̃ cõclusa fuit in beata virgine: q̃ ꝑ celestẽ castitatẽ in multis locis collaudat:

De salutatione angelica.

Quinto notandũ de salutatione Gabrielis: ꝙ deus om̃ipotẽs misit de celo btẽ virgini ꝑ angelũ gabrielem suauissima verba: sc3 Aue maria gr̃a plena dñs tecũ. Et qñ illa verba insonuerunt auribus beate virginis: ipsa statim ꝑbuit cõsensum ꝑ virginitatis hospitium vel humilitatis dicens: Ecce ancilla dñi ꝛc. In qua voce per spiritũsanctũ concepit iesum christũ: ꝛ portauit in vtero. quoniã expleto tpe peperit saluatorem mundi: nobis omnib9 ad salutem.

Et tūc impletum est quod dixit Gregorius: Descēdit de celis missus ab arce patris. Et iterum: Beata es virgo maria: que credidisti dño: quoniā in te perficient̄ que dicta sunt tibi per angelū. Unde per illud verbū aue plures sunt salutati. Primo tres Marie. s. salome iacobi ꝛ magdalene: q̄n de nocte quesierunt christum. tunc christus apparuit eis dicens. Auete: ꝛ hoc propter maiorem leticiā. Secundo beata virgo maria fuit salutata h̄ verbo: vt diximus. Tertio per illud verbum christus fuit salutatus: vt patet in eius passione q̄n dicit̄: Aue rex iudeorū: aue rabbi. Et hoc propter maiorem contumeliā: vt mediante illa contumelia liberaret nos ab eterna damnatione. De nobilitate aūt virginis marie patet: quia filia principis est ꝛ mater regis omniū regum. Un̄ Hieronymus: Quis nobilior est matre dñi: quis splendidius ea: que splendorem elegit ꝛ genuit eterne glorie. O nobilissima nobilissimi principis filia: q̄s pulchri sunt gressus virtutum tuarū in calciamentis tuis bouinis seu hircinis: sed aureis aurea charitate ornatis. Nam aureus amor marie ad deum ꝛ aureus amor ad proximū quasi duo calciamēta quib9 pedes affectuū eius inuncti oleo ornati erāt.

De ṽbo aue.

De nobilitate marie.

Ultimo notandū q̄ in littera tangunt̄ due historie. Prima cū dicit̄: Te virga arida aaron. Nam legit̄ in Exodo: quādo ex duodecim tribus israel esset eligendus vnus qui preesset tabernaculo per annū: tunc in templo dei erant posite duodecim virge aride. quaꝝ vna fuit ipsius aaron: q̄ vna nocte floruit ꝛ amigdala produxit: licet arida fuisset. Et recte sicut hoc fuit contra naturā: sic beata virgo deum omnipotentē sine corruptione virginitatis produxit. Item p̱ virgam istā potest intelligi virga p̱ quā moyses duxit populū israeliticū p̱ mare rubrū: ꝛ mediante qua aquā de lapide percussit. quia sicut talis virga populū israel a iugo pharaonis deduxit: sic beata virgo maria a mutis tribulationibus liberauit: ꝛ adhuc liberat. Similiter sicut lapis ꝯtra naturā aquā dederat: sic beata virgo sup̱naturaliter filiū procreauit. Secunda historia tangit̄ in lr̄a cum ait: Tu porta iugiter serata. Un̄ sciendū q̄ circa finem libri Ezechielis scribit̄: Postq̄ Ezechiel descripsit dñm deū: ꝛ vidit aquā egredientē a latere dextro templi: vidit etiā partē occidentalē q̄ respiciebat sancta sanctoꝝ. Et ibi vidit aliquid egredi p̱ portam: ꝛ audiuit vocem dicentē: Hec porta clausa manet ꝛ nō aperiet̄: quia dñs ingressus est p̱ eam. Per hanc ergo portā figurat̄ virgo gloriosa: per quā ingressus est dñs ipsa clausa p̱manente ꝛ incorrupta. Sup̱ quo verbo dicit Hieronymus: In gloriosam portā ezechielis rex glorie intrauit: dū voce gabrielis eam fecundauit ꝛc.

De aaron ꝛ eius virga.

De porta ezechielis.

Sed tu tamen matris virtutū dum nobis exemplū cupisti cōmendare: subisti remediū pollutis statutū matribus.

Ad templum detulisti tecum mundandū qui tibi integritatis decus deus homo genitus adauxit intacta genitrix.

Letare quā scrutator cordis ac renum probat proprio habitatu singulariter dignam sancta maria.

Exulta cui paruus arrisit tunc maria: qui letari omnibus ⁊ consistere suo nutu tribuit.

Ergo quiq; colimus festa paruuli christi propter nos facti: eiusq; pie matris marie: Si non dei possumus tantam exequi tardi humilitatē: forma sit nobis eius genitrix.

Laus patri glorie: qui suū filium gentibus ⁊ populo reuelans israel nos sociat. Laus ei⁹ filio: qui suo sanguine nos patri reconcilians supernis sociauit ciuibus. Laus quoq; sancto spiritui sit per euum.

¶ Hic describit̄ huius festi historialis dignitas. Et est talis. ¶ Ordo O btā virgo scȝ licet fueris incorrupta (tn̄ subisti) p subiuisti (remediū) scȝ purificationis (statutū) .i. institutū (pollutis matrib⁹) .i. imundis (dū tu cupisti) p cupiuisti ꝑ syncopā: hoc est voluisti (cōmendare) .i. pbere (nobis exemplū matris virtutū) .i. humilitatis. Et tu existens intacta dei genitrix (detulisti tecū ad templū) scȝ puerū tuū (mundandū) .i. purificandū: (qui) .s. puer (genitus deus ⁊ homo adauxit) .i. augmētauit (tibi) gloriose virgini (decus) .i. honorē (integritatis) .i. virginitatis tue. Vn̄ ad amplificandū laudē virginis dicit (O maria letare) .i. gaude (quā) scȝ deus existēs (scrutator) .i. inspector ⁊ inuestigator (cordis) .i. cogitationū (⁊ renū) .i. oīm interiorꝝ (pbat) .i. elegit (singulariter) .i. specialiter (dignā sanctā mariā ꝓprio habitatu) .i. habitaculo. Et tu o sancta maria (exulta) .i. gaude (cui paruus) scilȝ filius (arrisit) .i. risu spūali applausit .s. tpe infantie sue (qui) christus fili⁹ (tribuit) .i. cōcedit (suo nutu) .i. voluntate (omnib⁹) .s. rebus (cōsistere) .i. esse ⁊ letari ac viuere. (Ergo quiq;) .i. quicūq; nos (colimus (festa paruuli christi facti ꝓpter nos) .i. q̇ factus est paruulus ꝓpter nos: ⁊ festa (marie eius pie matrꝭ: si nos tardi) ⁊ pigri ꝓpter fragilitatē humane nature (nō possumus exeq̇) .i. ꝑficere (tantā humilitatē dei: tamen genitrix eius) .i. mater christi (sit nobis forma) .i. exemplū scȝ humilitatis: ⁊ discam⁹ humilitatē exercere. Vn̄ cōmendat beatā virginē penes ꝯsecutiuā collaudationē: q̄ est respectu trinitatis ⁊ ꝑsonaꝝ eius: dicēs (Laus) scȝ sit (patri gl'ie) .i. deo oīpotēti (q̇) pat̄ (reuelans) .i. manifestās (suū filiū gētib⁹) .i. gētilib⁹ (⁊ ꝓpl'o) iudaico (sociat) .i. cōiungit nos (israel) .i. sanctis ⁊ angelis suis in celo. (Laus) sit (filio ei⁹) scȝ patris (qui) fili⁹ (cōcilians) .i. ꝯcordās (nos patri suo sanguine: sociauit nos supnis ciuib⁹) .i. angelis ⁊ celū inhabitātib⁹. (⁊ laus sit spūiscrō ꝑ euū) .i. eternaliter ⁊ ꝑ eterna secula. Amē. ¶ Vocabula. Cupisti ⁊ subisti ꝑ syncopā dicunt̄ a subeo ⁊ cupio verbis. Pollutus adiectiuū nomē est a verbo polluo .i. maculo: qd̄ vlteri⁹ dr̄ a cōiunctione porro ⁊ verbo luo is. Scrutari est inquirere vel ꝑficere. Ps̄. Scrutās corda ⁊ renes de⁹. Item scrutamini scripturas .i. inq̇rite. Habitatus nomē q̄rti ordinis: deriuatū a verbo habito: ⁊ s̄cat māsionē. Singulariter est aduerbiū qualitatis.

Exulto verbũ freq̃ntatiuũ ab exilio: qđ fit ab ex ꝛ salio: ꝛ ponit̃ p' gaude-
re. Cõsistere verbũ substãtiuũ: lȝ impurũ. qꝛ vltra actũ essendi aliq̃d con
notat. Et habet cõstatui in p̃terito p̃fecto. Nutus est motus capitis. ꝛ ac
pit̃ p voluntate affirmandi vel negandi. Fit aũt a verbo nuo: a q̊ ꝛ nutare
freq̃ntatiuũ. Quicꝫ est nomẽ habẽs secundã declinationẽ ꝓnois. Pos-
sum verbũ anomalũ: cõpositũ a noie potes ꝛ verbo sum. Exeq̊r verbum
deponẽs ab ex ꝛ sequoꝛ: idẽ qđ p̃ficere. Sed hic accipit̃ ꝓ suo simplici scȝ
sequi. Tardus đꝛ piger in agendo: cui opponit̃ festinus. i. velox. Pater
glorie đꝛ vel qꝛ summã gloriã hȝ: vel qꝛ gloriã dat sanctis: vel qꝛ dignissi-
mus est oĩ gl̃ia. Israel interp̃tat̃ vir vidẽs deũ: ab is qđ est vir: ꝛ ra vidẽs
ꝛ el deũ. Et ponit̃ hic ꝓ cetu bonoꝝ ꝛ ꝑpl'o fideli: licet al's sit nomẽ regio-
nis indeclina. femi. gene. Velare est velo tegere. Reuelare est auferre ve
lũ ꝛ manifestare vel denudare: ꝛ ꝓducit ue. ¶ Notabilia De festo puri
ficationis sciendũ: ꝙ hec lr̃a tangit puritatẽ virginis glorioſe. qꝛ lex statu
ta est pollutis matribꝫ semꝑ post partũ. xl. die purificari: vt ptȝ Leui. xij. ꝙ
mulier q̃ filiũ generaret suscepto semine sex septimanis esset immunda a
cõsortio hoĩm ꝛ ab ingressu templi. Si ꝑo generaret filiã. xij. septimanis
maneat extra tabernaculũ: qꝛ immundũ est corã dño. Sed tñ hec lex in be
ata virgine nõ viguit: quare purificatione nõ indiguit. Et' q̃uis btã vir-
go generauit sine semine: purificari tamẽ voluit. Hoc tñ humilitatis cau
sa factũ fuit: ꝛ nõ causa necessitatis. qꝛ beata virgo generauit sine susce-
pto semine: ergo fuit soluta a tali ꝯsuetudine ꝛ lege. Si em̃ purus ex hu-
militate voluit purificari: q̃nto magis impurus q̃ hȝ matrẽ purificandaȝ.
Vñ Lucas euãgelista bñ declarat eiꝰ purificationẽ dicẽs: Postq̃ȝ imple
ti sunt dies purgatiõis eius ẜm legẽ moysi tulerũt eũ in hierl'm: vt sisterẽt
eũ dño. vt scriptũ est in lege dñi: ꝙ omne masculinũ primogenitũ vocabit̃
sanctũ. i. sanctificat̃ dño. Et inde est ꝙ in veteri testamẽto parẽtes in ma-
ioꝛi reuerẽtia ꝛ dilectione habebãt ꝑmogenitos q̃ȝ alios natos. Triplex
aũt ratio est quare lex p̃cepit: vt. xl. die puer in tẽplũ debet deferri ad puri
ficandũ. Prima: vt p h̃ intelligeret̃ sicut puer in. xl. die ducit̃ in tẽplũ mate
riale: sic. xl. die aĩa in corpus tanq̃ȝ in tẽplũ suũ infundit̃. Scđa rõ. qꝛ sicut
xl. die anĩa corpi infusa ab ipso corpe maculat̃: sic. xl. die templũ inducta ꝑ
ostia a macula purgat̃. Tertia causa est. vt ꝑ hoc detur intelligi: vt illi me
rent̃ tẽplũ dei ingredi q̃ decẽ p̃cepta cũ fide q̃ttuoꝛ euangelistaꝝ volũt ob
seruare. qꝛ ꝑ q̃dragesimũ tẽpus itelligunt̃ q̃ttuoꝛ euãgeliste ꝛ decẽ p̃cepta:
mõ q̃ter decẽ sunt. xl. ꝛ in illis p̃ceptis ꝛ euãgelijs puer debet emundari.
Que aũt est rõ ꝙ si femella generat̃ tũc tp̃s duplicari debȝ? Hoc iđ fit. qꝛ
sicut corpus ipsiꝰ viri. xl. die organizat̃ ꝛ ꝑficit̃: sic corpus ipsiꝰ mulierꝫ in
lxxx. die ꝑficit̃. Sed rõ theologoꝝ est: qꝛ mulier plus peccauit q̃ȝ vir: ideo
ipsius miserie debẽt duplicari in vtero matris: silr̃ ꝛ pena. Hinc btã virgo
cõmẽdat̃ rõne incolatus christi seu inhabitatiõis. vñ Dauid: Hic habita-
bo: qm̃ elegi eã. Et Eccle. Qui creauit me req̃euit in tabernaculo meo.
Et etiam ratione allocutionis ꝛ arrisionis: arrisit em̃ ei paruulus. Vñ in
dubio est si christus aliquando risit in hoc mundo: an nõ. Et videt̃ ꝙ sic ꝑ
litterã textus. In oppositũ est Sapiẽs ĩ ꝓuer. vbi đt: Risus fit ĩ stulticia.
Sed nefas est ip̃m christũ dicere stultũ. Silr̃ Augusti. ait: Christũ fle-

De purificationis lege

Triplex rõ purificatiõis

Si christus riserit.

Risus duplex.

uisse lego: risisse ꝟo nunꝗ. Ad qđ dicendū ꝙ duplex est risus. Quidā corporalis: qui causat in exteriorib' ꝓpter aliqđ vanū delectabile: q² admiratio est causa risus. De quo risu dicit sapiēs. Alius risus est spūalis. ⁊ est ꝗdā institutio excitans animū ad gaudendū. ⁊ de tali risu dicit hic. Unde Anshelmus: Qñ btā virgo faciē filij sui aspexit: tūc maxima delectatione ⁊ spūali gaudio replebat ita ꝙ risit. Sic etiā cōtigit christū risisse. Secundo notandū ꝙ in historia purificationis dicit: Obtulerūt ꝓ eo par turturū aut duos pullos columbaꝝ. Hec eñ erat pauperū oblatio: vt habet Leuit. xij. Uñ ꝓprietates turturis habent in his metris. Alta petit turtur: cantādo gemit moriens vir: Nunciat: caste viuit solaqꝫ morat: Pullos nocte fouet: mortē ouorūqꝫ refutat. Sed ꝓprietates columbe cōtinent in his versib'. Grana legit: sociata volat: cadauera vitat: Felle caret: plangit sociū: que postula tangit. Dat petre nidum: fugit hostē flumina nisum. Rostro nō ledit: geminos pullos bene nutrit. Sꝫ si ꝗs diceret: quare nō emit agnellū: cū magi ei munera ⁊ aurū obtulerūt? Rñdet Damascenus: ꝙ beata virgo Maria hec munera pauperib' erogauit: vel ꝓpter peregrinationē in egyptū ꝓuide cōseruauit. Uñ dicit glo. ꝙ tres oblationes facte sunt ꝓ dño. Prima a parentib': de qua dictū est. Secūda de auibus. Tertia in cruce ꝓ nobis omnib'. Prima ostendit eius humilitatē: q² dñs legis subiecit se legi. Secūda oñdit eius paupertatē: q² paupis oblationē fecerat. Tertia oñdit eius charitatē: q² ꝓ pctōrib' sacrificauit in cruce. Uñ nota ꝙ p̄sens festū triplici noīe noīat. Primo purificationis: q² in ipso btā virgo legē purificationis adimpleuit: ꝗ tñ nunꝗ maculata fuit. Scđo vocat hipopanti. i. p̄sentatio: q² in illo festo christus fuit p̄sentatus in templū. Et dicit ab hipos qđ est sub: ⁊ pan totū: ⁊ timor. q² illud festū est solēniter celebrandū sub timore pctōꝝ: q² ille pctā timuit qui nunꝗ pctā pegit. Tertio vocat obuiatio: q² anna ⁊ symeon obuiauerūt se in tēplo. Etiā vocat candelare: q² in illo festo amici ⁊ cognati cereos ardentes in manib' tenuerunt. Qđ nomen adhuc hodie chartusij tenent: vt singulis festiuitatibus summis hoc nomen imponāt.

De trib' oblationib' dñi

Tria nomīa huius festi.

De trinitate ⁊ humilitate.

Notandum tertio ꝙ in hac lr̄a coīter tota trinitas cōmendat. ꝑ hoc ꝙ innuit vnū esse deū in essentia: ⁊ trinum in ꝑsonis. vt attestat btūs Grego. dicens: Te vnū in substantia ⁊ trinū in ꝑsonis veneremur. Uñ hortat nos ad humilitatē: q² ꝑ eā virgo maria meruit fieri mater celestis dñi. quare Grego. ait: Quanto tu es humilior: tanto deo p̄ciosior. Sic Berñ. Uerus humilis vult vilis reputari: ⁊ nō humilis p̄dicari. Scribit eñ in topicis: Sicut ꝓpositū in ꝓposito: ita oppositū in opposito. Ex ꝗ sequit: sicut superbia est initiū oīm vitioꝝ: sic ecōuerso humilitas est initiū oīm virtutū.

Quare lumina portant.

Ultimo notandū ꝙ lumina triplici rōne portant in hoc p̄senti festo. Prima est ad remouendū antiquoꝝ errorē ⁊ malā ꝯsuetudinē. Olim eñ candelas incensas ad honorē martis ꝗ est de' belli: oī anno rome illumīabāt: vt filijs suis victoriā sup inimicos ꝯcederet. sꝫ q² tal' ꝯsuetudo ī meliorē ē cōmutata: iō chrīani ī honorē inclyte matr' semel ī anno ecclesiā illustrāt. Scđa rō: q² symeō iust' ⁊ btā anna cū maria filia ⁊ spōso ioseph ac altera anna ꝓphetissa venerabilem fecerunt ꝓcessionem quando dominū in templum presentauerunt. Sic ⁊ nos simili modo faciemus: cereos in manu portando ad virginis Marie ⁊ filū eius honorem.

Tertia ratio: quia cera repsentat carnē christi quā sumpsit de virgine pura. Sed liciniū vel ligmen aut filum conuolutū in cera: designat animam christi candidissimā latentē in carne humani corporis christi. Sed ignis repsentat diuinitatē ⁊ amorē: quo ipse deus facit ardere corda nr̄a in amore eius. Unde dꝛ: Hanc in honore pie candelā porto Marie. Accipe per ceram carnē de virgine verā. Per lumen numen maiestatisqꝫ cacumen. Sic mystice si volumus placere deo: debemus gerere illa tria in nobis: fidem veram: actionē bonā ⁊ rectā intentionē. qꝛ sicut candela extincta dicitur mortua: sic fides sine operibꝰ. Sed lumē designat intentionē bonā in corpore humano occultatā. Sed ignis representat desideriū ad vitā eternam. Uide Rationale diuinoꝝ.

¶ In die sancto pasche.

Laudes saluatori voce modulemur supplici. Et deuotis melodijs celesti dn̄o iubilemus messie.

Qui seipsum exinaniuit vt nos perditos liberaret homines. Carne gloriā deitatis occulens pannis tegitur in presepe.

Miserās precepti transgressorem pulsum patria paradisi nudulum: Joseph marie symeoni subditur.

Circumciditur ⁊ legali hostia mundatur vt peccator: nostra qui solet relaxare crimina.

Serui subijt manus baptizandus: ac perfert fraudes tentatoris: fugit persequentiū lapides.

Famem patitur: dormit ac tristatur: ⁊ lauat discipulis pedes deus homo summus humilis.

Sed tamen inter hec abiecta corporis eius deitas nequaꝗ̄ quiuit latere: signis varijs ⁊ doctrinis prodita.

Aquā nuptijs dat saporis vinei: cecos oculos claro lumine vestiuit: lepram luridam tactu fugat placido.

Putres mortuos suscitat: membraqꝫ curat debilia: fluxū sanguinis constrinxit: ⁊ saturauit quinqꝫ de panibus quinqꝫ milia.

In festo sctõ pasche.

**Stagnũ peragrat fluctuans ceu siccũ littus: ventos se-
dat: linguam reserat constrictam: reclusit auras priuatas
vocibus: febres depulit.**

¶ Hec sequentia decantari solet in die sctõ pasche. Que diuidit̃ in q̃ttuoꝛ
Nã primo autoꝛ incitat nos ad reddendũ deo laudes ⁊ gratiaꝝactiones:
subiungendo penas ⁊ miserias quas chꝛistus verus deus in h̃ mũdo pas-
sus est. Scd̃o oñdit miracula ꝑ ip̃m gñaliter facta. Tertio docet ꝙ nõ ob
stantibꝫ istis tã multis ⁊ p̃clari miraculis cõpꝛehensus tñ est ⁊ moꝛte tur-
pissima cõdẽnatus. Ultimo quõ a moꝛte resurrexit: et ex ꝯseq̃nti quõ nos
illo die resurgẽti dño cõgaudere debemus. Dicit ergo sic. ¶ Oꝛdo.
Nos chꝛistiani (modulemur).i. decantemus (saluatoꝛi).i. creatoꝛi nr̃o (lau-
des).i. reuerẽtias cõdignas ⁊ grãꝝactiones (supplici voce).i. deuotis orati
onibꝫ (⁊).i. etiã (iubilemus).i. iubilare debemus (celesti dño messie).s. chr̃o
regi celoꝝ q̃ messias interp̃tat̃ (deuotis melodijs).i. dulcissimis cãticis cũ
humilitate (qui).s. chꝛistus (exinaniuit).i. humiliauit (seip̃m) in coꝛꝑe huma
no assumẽdo carnẽ ⁊ substantiã nostrã (vt).i. q̃tinus (liberaret).i. redimeret
nos (ꝑditos) dãnatos (hoĩes).i. pctõꝛes (occulens).i. abscondens (gloꝛiã).i.
magnificentiã (deitatis).i. sue diuinitatis (carne).i. in coꝛpoꝛe humano. vñ
(tegit̃).i. inuoluit̃ postea (pannis).s. ⁊ caligis ipsiꝰ ioseph.s. positus (in p̃se-
pe).s. ante bouẽ ⁊ asinũ. (Qui miserans).i. misertus est (p̃cepti).i. mandati
(transgressoꝛẽ) scꝫ adam (pulsum).i. eiectũ (nudulũ).i. nudo coꝛꝑe (a patria
paradisi).i. de regno celesti: qui (subdit̃ ioseph).i. viro marie: ⁊ (symeoni) iu-
sto ꝓphete: ac (marie) scꝫ genitrici sue. nã illoꝝ triũ manibꝫ fuit tractatꝰ dñs
(Circũcidit̃).i. patiebat̃ etiã circũcisionẽ (⁊ mundat̃) i. ad mundandũ du-
citur (legali hostia).i. oblatiõe cõsueta (vt).i. sicut (pctõꝛ) scꝫ quales sumus
nos oẽs (qui) chꝛistus dñs (solet tñ relaxare).i. dimittere (nr̃a crimina).i. pec
cata cõmissa. Et (subijt).i. subiuit (manus serui) scꝫ ioannis baptiste (bapti-
zando).i. dũ baptizat̃ ab eo (⁊ ꝑfert).i. sustinet (fraudes).i. insidias (tẽtato-
ris) scꝫ diaboli in deserto (⁊ fugit) scꝫ chꝛistus dñs (lapides).i. saxa (ꝑseq̃n-
tiũ) iudeoꝝ inimicoꝝ eius. Et (patit̃).i. sustinet (famẽ).i. esuriẽ (⁊ doꝛmit) scꝫ
coꝛꝑaliter vt hõ (ac).i. etiã (tristat̃).i. doluit ꝓpter moꝛtẽ sibi futurã iamiam
ĩminentẽ (ac ipse deus summus).s. chꝛistus deus verus existẽs (hõ humil̃)
q̃tũ ad humanitatẽ (lauit).i. purgauit (discipulis).i. ap̃lis suis (pedes) eoꝝ.
Et lꝫ chꝛistus tot penas sustinuit in h̃ mũdo: vt tactũ est (sꝫ tñ deitas).i. di-
uinitas (eius) chꝛisti (nequaq̃).i. nullatenꝰ (quiuit).i. potuit (latere).i. occul-
tari (inter hec abiecta).i. inter has miserias (coꝛꝑis) scꝫ humani vel chꝛisti
(ꝑdita).i. manifestata (varijs signis).i. miraculis (⁊ doctrinis).i. p̃dicatiõibꝫ
Exẽpli grã (in nuptijs).i. in cõuiuio marie magdalene ⁊ ioãnis euãgeliste
in chana galilee.i. in villa illiꝰ regiõis iudaice (dat).i. fecit exhiberi (aquã)
scꝫ infusam hydrijs.i. vasis terreis (vinei saporis).i. hr̃e saporẽ vini optimi
⁊ (vestiuit).i. donauit (cecos oculos claro lumine).i. clara visione: ⁊ (fugat)
.i. amouet (luridã lepꝛã).i. immundã (placido tactu).i. miti. nã lepꝛa hoꝛri-
dã ⁊ scabꝛã cutẽ efficere solet atq̃ inequalẽ: quã dñs politã reddidit solo

tactu. Et (suscitat).i.resurgere facit (putres mortuos).i. immūdos defunctos (⁊ curat).i.sanat (debilia).i.paralytica membra ⁊ luxata (atq; cōstrinxit).i.sedauit (fluxū).i.riuū sanguinis scȝ mēstrui muliebris nimij: quā patiunt infirmitatē male habitudinis femine (⁊ saturauit).i.cibauit (q̇na milia) scȝ hominū eū sequentiū (de q̇nq; panib⁹) scȝ ordeaceis (⁊ peragrat).i.ꝑtransit ⁊ ꝑambulat (stagnū).i.mare (fluctuans).i.inundans (ceu).i.sicut (siccū littus).i.quasi terrā (⁊ sedat).i.mitigat (ventos).s.impetuosos ⁊ tēpestates tranquillat (⁊ reserat).i.soluit (constrictā linguā).i.ligatā loquelā (⁊ reclusit).i.aperuit (aures priuatas vocib⁹).i.surdas ⁊ obturatas nulli sermoni peruias (⁊ depulit).i.fugauit (febres) tales infirmitates (vocibus).i. solo verbo. Qui effectus signorum leguntur passim in textu euangeliorum dominicalium.

¶ Vocabula. Modulari s̄cat varijs tonis ⁊ vocib⁹ canere. Ouidius: Pastor inequali modulat arundine carmē. Inde modulus s̄cat talē cantum ⁊ vsum cantandi. Melodia aūt idē qȯ melos vel dulcis cantus. Jubilare s̄cat letari ⁊ deo gratias decantare cū vocum ꝓlatione. Messias hebraice dicit christus. De quo noie vide Ficinū de christiana religione. Exinanire format a noie inanis: ⁊ s̄cat euacuare aut vacuū facere ⁊ inanem. vn̄ ꝑ humiliare capit: qn̄ q̇s se omni bono euacuat: ⁊ se nihilū reputat. Occulo is ere.i.abscondere. Inde occultus.i.secretus ⁊ occultatus. De quo verbo plura Beroaldus noster in principio cōmentarioꝝ suoꝝ ī Propertiū. Miserari est idem qȯ misereri: sed regit accusatiuū. Vergilius. Dij iouis in tectis iram miserant inanem. Nudulus diminutiuū est a nudus: sicut nidulus a nidus: modulus a modus. Hostia dicitur oblatio: ⁊ proprie que fit vt hostes vincantur. Ouidius. Hostibus a domitis hostia nomen habet. Seruus est qui habet dominū: nec sui iuris est: cum non sit liber. Nam qui precio conductus est dicitur minister mercēnarius.

Nota in historijs sepe ponitur presens tempus pro preterito causa elegantie. vt hic: famem patitur ⁊c̄. Perfero significat pati. Sed prodo quasi porro.i.procul do ⁊ manifesto. Hinc proditor dicitur qui celatum prodit ⁊ secreta aperit: qualis erat Judas scariothis. Vineus dicitur quasi pertinens ad vinum: vt sapor vineus.i.vini. Luridus.i.turpis aut valde pallidus: obscurus: tenebrosus ⁊ sordidus. qualis est mortui color. a nomine lura. Putris est idem quod putridus. Inde putredo: sicut a dulcis dulcedo. Vergilius. Vere nouo zephyro putris se gleba resoluit.

Constringere est colligare vel compescere. Inde constrictus.i. colligatus. Peragro significat transeo: quasi per agrum eo. Et est media correpta. Ceu significat sicut: sed seu idem est qȯ siue. Sedare est placare ⁊ mitigare: quasi facto sedare. Recludere est aperire. Vergilius. Ipse iubebatur tristes recludere portas. Cuius contrarium est serare: quod significat claudere ⁊c̄.

¶ Notabilia. Si adam non fuisset transgressus mandatum: nunq̄ fuisset esuries: nec fames: nec timor: nec languor: neq; vlla infirmitas in mūdo. sed omnes istas penas contraximus per lapsum ade. Sed misericors deus istas penas cū alijs quoq; peccatoribus eque sustinere voluit: vt lateret diabolo ꝙ esset verus de⁹: q꞉ natura diuina impassibilis est. ⁊ etiā iō

Quare chr̄s penas patiebatur.

vt ostenderet hominibꝫ q͛ esset verus homo: ideo sustinuit penas q̃ nunq̃ꝫ cõtraxit culpam. Et ergo in omĩbꝫ penis christus magis sustinuit q̃ꝫ vnq̃ꝫ aliquis homo purus: absq̃ꝫ eo q͛ peccare nõ potuit. Tũc ibi pfert fraudes Vñ postq̃ꝫ christus ieiunauit q̃draginta diebꝫ ⁊ noctibꝫ: cogitauit diabolus q͛ hoc purus homo facere nõ potuit: ergo cogitauit q͛ esset deus. Sed cũ postea esuriit: iterato cogitauit demon q͛ nõ esset deus: q̃ꝛ in deũ nulla cadit imperfectio aut pena. Et quia tota scientia demonũ turbata est in isto facto: missus est lucifer magister eoꝝ qui decepit adã in paradiso: vt etiã deciperet christũ. Et tentauit eum in tribus: scꝫ gula: auaricia ⁊ vana gloria. In gula tentauit eũ in deserto dicens: Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Cui christus rñdit: Nõ in solo pane viuit homo: sed in oĩ verbo dei. Per hoc innuit q͛ corpus nutrit cibo: aĩa aũt cibo spũali.s. verbo dei. Uidens aũt hoc diabolus q͛ eum decipere nõ potuit: tentauit eum secũdo dicens: Si filius dei es: mitte te deorsum ⁊ nõ ledas te. q̃ꝛ scriptũ est: Angelis suis mandauit deus de te: vt custodiãt te in omnibꝫ viis tuis ne offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Cui christus: Non tẽtabis dñm deũ tuũ. Uidens aũt demon nec se ita posse vincere: ad tertiũ venit dicens: Ecce oĩa regna hec tibi dabo: si cadens in terrã adoraueris me. Tunc christus sibi cũ indignatione rñdit dicẽs: Uade retro sathanas: dñm deũ tuũ adorabis ⁊ illi soli seruies. Vñ sic magis de christo dubitauit. Ultio ostendendo humilitatẽ saluatoris qñ lauit discipulis pedes: voluit innuere q͛ quanto quis maior tanto magis tenet se humiliare. vt ipse ait: Uos vocatis me magister ⁊c. sic alter alterius debetis lauare pedes: exemplũ eñ dedi vos vt ⁊ vos ita faciatis.

Christus tẽtatur in tribꝫ a demone.

Post hec mira miracula taliaq̃ꝫ Sponte sua cõprehenditur ⁊ damnatur.

Et se crucifigi non despexit: Sed sol mortem eius non aspexit.

Illuxit dies quam fecit dominus. Mortẽ deuastans vt victor suis apparens dilectoribꝫ viuus.

Primo marie: deinde apostolis: docẽs scripturas: cor aperiens: vt clausa de ipso reserarent.

Fauent igitur resurgenti christo cuncta gaudiis: flores segetes rediuiuo fructu vernant: ⁊ volucres gelu tristi terso dulce iubilant.

Lucẽt clarius sol ⁊ luna morte christi turbida: tellus herbida resurgẽti plaudit christo que tremula eius morte se ca

suram minitat.

Ergo die ista exultemus: qua nobis viam vite resurgens patefecit iesus.

Astra solum mare iocundentur: ꝛ cuncti gratulenť in celis spiritales chori trinitati. Amen.

¶ Hic autor ostendit quõ christus nõ obstantibꝫ multis preclaris miraculis que fecit in hoc mundo: cõprehensus fuit ꝛ damnatus. Dicit ergo sic. ¶ Ordo. (Post hec mira).i. admiranda (ꝛ talia) scꝫ impossibilia q̃si (miracula).i. signa (cõprehendiť).i. arripiť) scꝫ christus a iudeis (sua sponte).i. ꝓpria voluntate (ꝛ damnať).i. iudicať ad morte͂. (Et nõ despexit).i. nõ contempsit (se crucifigi).i. cruce suspendi (sed sol nõ aspexit).i. nõ vidit (morte͂).i. necem ꝛ obitũ (eius) scꝫ christi: ꝛ obscuratus est dies scꝫ mortis eius ꝑ ecclypsim qñ tenebre facte sũt. (Et dies) venerabilis pasche (illuxit) i. claruit ꝛ ortus est (que͂) die͂ (fecit).i. sacrauit (dñs) deus omnipote͂s (deuastans).i. destrue͂s (morte͂).i. nece͂ corporale͂: ꝛ ipse existens (victor).i. triũphator (apparens).i. manifestat se (viuus).i. viuens (suis dilectoribꝫ).i. amicis eũ diligentibꝫ. Nam (primo apparuit marie) scꝫ matri vel magdalene (dehinc).i. postea (aplis) scꝫ omnibꝫ cõiunctim atqꝫ diuisim (doce͂s eos scripturas).i. ꝓphetias (ꝛ aperie͂s cor).i. intellectũ eoꝝ (vt reserarent).i. manifestare͂t (de ipso clausa) i. secreta necdũ patefacta omnibꝫ. Vñ nos ad exultandũ incitat dicens: Nos christiani merito debemus gaudere christo resurgenti: qꝛ oe͂s creature cõgaudent christo. Dice͂s igiť (Cuncta).i. oĩa entia mũdi (fauent) i. cõgaudent (resurgenti christo).i. filio dei qui a mortuis resurrexit (gaudijs).i. diuersis leticijs (flores).i. rose (ꝛ segetes).i. semina (vernãt).i. florent ꝛ crescunt (rediuiuo fructu).i. iterũ renasce͂ti ꝛ pullulanti (ꝛ volucres) scꝫ celi ac aeris (iubilant).i. canunt (dulce).i. dulciter ac suauiter: ꝛ hoc (terso).i. remoto ꝛ absterso (tristi gelu).i. frigore q̇ tristiciã inducit (ꝛ sol ac luna turbida).i. turbata (morte christi lucent).i. splendent iã (clarius).i. lucidius in christi resurrectione (ꝛ herbida tellus).i. terra herbosa ꝛ fructifera herbis ꝛ gramine (plaudet).i. laude͂ reddit (resurge͂ti christo).i. filio dei (q̃) terra (tremula).i. tremens facta (morte eius) scꝫ christi: nã terremotus factꝰ est: q̃ (minitat).i. oñdit (se casuram).i. interiturã. (Ergo).i. ideo (exultemus).i. letemur (die isto: qua).s. die (iesus resurge͂s) a mortuis (patefecit).i. manifestauit (nobis) christifidelibus (viã).i. introitũ (vite) scꝫ eterne. Vñ (astra).i. stelle vel celũ ipm stellatũ: ꝛ (solũ).i. terra: atqꝫ (mare).i. elementũ aque (iocundenť).i. letenť (ꝛ cuncti spiritales chori).i. angeli ꝛ archangeli ac sancti dei (gratulenť).i. grates reddant (trinitati in celis).i. in regno celorum. (Amen).i. fiat fiat. ¶ Vocabula. Sponte.i. voluntarie: ꝛ est solus ablatiuus. Tñ legiť etiã genitiuus spontis apud Aulũ Gel. in acticis noctibꝫ.

Deuastare.i. destruere vel vastũ facere.i. amplũ. Vergi. Genitor tum belus optimã vastabat cyprũ. Rediuiuus dꝛ quasi rursus viuus vel reuiuiscens: sicut renascens. Vernare est aliq̇d veris opus exercere. Nã a ver

fit ver nus: ⁊ inde vernare. Ergo herbe ⁊ arbores vernant. i. florẽt atq; frõdent: ⁊ aues vernant. i. canunt. Turbidus dicit turbatus ⁊ cõmotus: naz turba dicit turbatio: q̃ raro pacẽ seruat. Herbidus. i. habens herbas. Fit em̃ a verbo herbeo: a quo ⁊ herbesco. i. herbas habeo vel acquiro. Tremulus idẽ est qḋ tremens: ita ponit Horatius. Mino vel minor ḋr indifferenter. Et a mino fit frequentatiuũ minito: a minor autẽ minitor. ⁊ hoc magis vsitatũ est. Tullius: Mortẽ mihi minaris. Gratulari est congaudere: vt in prima seq̃ntia diximus: ibi Grates nũc oẽs. Cõgratulor autem nõ reperit apud disertos ⁊ eloquẽtes. ¶ Notabilia. De passione christi sciendũ: ꝙ ipa primũ fuit figurata p occisionẽ abel: quẽ frater cain p inuidiam occidit. Ad designandũ ꝙ verus abel christus a fratre cain. i. a iuda tradi deberet. De quo conquerit ꝓpheta dicẽs: Qui edebat panes meos: magnificauit sup me supplantationẽ. Scḋo fuit figurata passio christi p isaac. sicut em̃ abraã ꝓprio filio suo nõ pepercit: sed ipm voluit immolare deo: sic pater in diuinis suo filio iesu christo nõ pepcit. Vñ in morte christi oẽs creature mundi cõdoluerũt ei: pter impij iudei crucifigentes eũ. q2 terra tremuit: lapides scindebant abinuicẽ ⁊ petre: ac velũ tẽpli scissum est a summo vsq; deorsum: sol obscuratus est: ⁊ tenebre facte sunt p vniuersũ orbem. Nec talis ecclypsis fuit naturalis: q2 passio christi erat in plenilunio. Ideo dixit b. Dionysius atheniensis: Aut rector nature patit: aut mũdi machina dissoluet. Notandũ scḋo de apparitiõe marie: ꝙ sine dubio christus post resurrectionẽ apparuit matri sue marie. q2 ipsa erat maxime contristata: ideo primo eam cõsolabat. Vñ incertũ est de qua maria text⁹ hic intelligat: vtrũ de virgine matre: an de magdalena. Nã de vtraq; põt intelligi. Quinq; aũt sunt cause quare primũ marie magdalene fert apparuisse iuxta euangelicã traditionẽ. Prima: q2 pre ceteris magis diligebat christũ. vñ dimissa sunt ei peccata multa: qm̃ dilexit multũ. Secunda: vt ostenderet ꝙ nõ venit ꝓpter iustos: sed peccatores: quos venit saluos facere. q2 nõ est opus medico sanis: sed male habentib9. Tertia: vt oñderet ꝙ peccatores penitentiã agentes p̃cedũt sapiẽtes hui⁹ mundi impenitentes in regno celoꝝ. vt de btõ Augustino legit: qui de sctõ Anthonio ita dixisse fertur: Surgunt indocti ⁊ rapiũt celum: nos cũ scientijs nostris mergimur in profundũ. De quo lege tractatũ optimũ Thome Kempis canonici regularis deuotissimi viri de christi imitatione. qui incipit sic: Qui sequit me nõ ambulat in tenebris. Ca. j.. Quarta causa est. vt sicut mulier fuit nuncia mortis: sic ecõtrario mulier fieret nuncia vite. Quinta: vt ostẽderet bonitas christi. voluit em̃ ostendere vt vbi abundauit delictũ: nunc superabundaret ⁊ gratia ⁊c̃.

Passio christi fuit p̃figurata.

De miracul' passiõis chri.

De apparitione marie.

¶ Feria secunda ⁊ quarta pasche seq̃ntia.

LAudes christo redemptori voce modulemur supplici. Omnis in hac die rerũ natura iubilans Personet immensas filio dei gratias.

Iam nostri conciues celestis sanctuarij milites Ordines noueni in vestra nos adunate gaudia.

Hymnite nunc superi: pariter resonate inferi. Et omnis in dño spiritus gratuletur enesi.

Qui hominis causa deus homo nascitur. Et fragili carne se deitas occulens probra sustinuit patiens.

Uirtutibus signis vt deus emicuit. Et corporis nostri necessitate fruens verus terrigena claruit.

¶ Et hec sequentia in laudē resurgentis christi canit᷑ festo paschali. Cuius hec erit series. ¶ Ordo. Nos christiani (modulemur) .i. cōcinamꝰ (laudes) scȝ ꝛ gratiaꝝ actiones (supplici voce) .i. pia mente (christo redēptori) scȝ qui nos suo sanguine redemit. (Et oīs natura rerū) .i. oēs res naturales atq₃ creature (iubilans) .i. exultans ꝛ gaudens (in hac die) scȝ paschali (personet) .i. ꝑsoluat (immensas grās) .i. sine fine (filio dei) scȝ iesu christo. (O milites celestis sanctuarij) scȝ q̇ inhabitatis celū (iam nr̄i cōciues) scȝ facti ꝑ hoc ꝙ christus deus dignatꝰ est venire in hunc mundū ꝛ assumere nostrā carnē (o noueni ordines) scȝ nouē angeloꝝ chori (adunate) .i. adiūgite (nos in v̄ra gaudia) scȝ celestia. (O superi) .i. celestes (hymnite) .i. canite (nunc) ꝛ o vos (inferi resonate pariter) .i. vna laudes ꝑsoluite nobiscū. (Et oīs spūs) scȝ angelicus (gratulet᷑) .i. iocundet᷑ (in dño) deo nr̄o (enesi) .i. laudatione pia. (Qui) dñs deus (nascit᷑ hō causa hoīs) .i. fit hō ꝓpter nos hoīes: (ꝛ deitas) .i. diuinitas (occulens) .i. abscondēs (se fragili carne) .i. corruptibili (sustinuit ꝓbra) .i. flagella (patiens) .i. patienter: (ꝛ emicuit) .i. apparuit (vt deus virtutibꝫ ꝛ signis.) Nam nemo talia facere potuit purus hō: nisi deus aut deus cum eo: (ꝛ ipse fruens) .i. vtens (necessitate) .i. egentia (nostri corporis) scȝ tanq₃ instrumento (claruit) .i. resplenduit (vt verus terrigena) .i. vt homo verus in terris genitus. ¶ Uocabula. Jubilus vel iubilum est vox pre leticia sine arte prolata. Silius: Et letus scopulis audiuit iubila cyclops. Inde iubilare est pre leticia vociferari. Sanctuarium est locus sanctus: vel vbi sancta continent᷑. Hymnire est laudando cantare. Nam hymnos grece est carmen latine. Superi dicunt᷑ celestes: qui sunt supra. Inferi ꝓo dicunt᷑ qui sunt infra: vt homines respectu celestiū. qui etiā sunt superi respectu inferoꝝ. Aenos grece dicit᷑ laus. Aenesis .i. laudatio. Sic ꝛ aeno .i. laudo. Probra sunt verba maledicta vel turpia. Uirtus sepe ponitur pro efficacia vel potentia: vt hoc loco. Terrigena dicitur de terra genitus. Poete autem accipiunt pro gigantibus: qui dicuntur filij terre ꝛc.

Ab hoste tentatus nō est agnitus: neq₃ diuinitas patuit.
Ars artem delusit: donec veteris nodū piaculi secuit.

In ara crucis hostiã se pro nobis christus obtulit deo patri:morte sua nostra mortificans crimina.

Iam christus victor baratro populato: mortis principe vinculato:ab inferis pompa regredit nobili.

Hec est dies q̃ illuxit post turbida regni ethiopũ tẽpora.

Christus in qua resurrexit vltra victurus cum carne quã assumpsit de maria virgine.

Qui ouem cũ gaudio patri quam perdiderat humero reuexit suo.

¶ Nunc ad miracula narranda se vertit autor:dicens. ¶ Ordo. Christus deus(tẽtatus ab hoste)scʒ demone in deserto(nõ est agnitus).i.cognitus(neqʒ diuinitas).i.deitas(patuit)scʒ ipsi diabolo tẽtatori. Nã(ars delusit artẽ).i.eo telo pcussit deus demonẽ quo eũ pcutere voluit(donec).i.quousqʒ(secuit).i.rescidit.s.christus(nodũ).i.vinculũ (veteris piaculi).i. antique culpe. Nã christus(obtulit se deo patri)scʒ omnipotẽti(hostiã) scʒ placãtẽ (in ara crucis).i.in patibulo(p nobis)pctõrib᷒(mortificãs).i.perimens(sua morte)scʒ ⁊ passione amarissima(nostra crimina).i.pctã.(Christus iam)existens vel factus(victor).i.triumphator(populato baratro) .i.rupto inferno(⁊ vinculato).i.ligato(principe mortis)scʒ lucifero (regredit) .i. reuertit ad nos resurgendo(ab inferis)scʒ demonib᷒ ⁊ inferno (nobili pompa)scilʒ antiquorum patrũ a limbo veniẽtiũ caterua pia.(Hec)scʒ paschalis (dies ẽ) ista(que illuxit).i.emicuit p ortum suũ(post turbida tẽpora).i.tristia secula (regni ethiopum).i.partiũ orientaliũ. Vel intellige peccatorum: q̃ nigri sunt pter peccata cõmissa. Aut regni ethiopum.i.demonũ:qui principes fuerunt huius mundi:sed p christũ deuicti.(In qua)die(resurrexit christus)a mortuis(victurus vltra).i.in perpetuũ(cum carne)scilicʒ humanitatis sue (quam)carnẽ(assumpsit de maria virgine)nã p eam fuit incarnatus.(Qui) christus etiã(reuexit).i.reportauit(suo humero)scilʒ pprio(cum gaudio).i. exultatione(patri)scʒ omnipotenti(ouem quã perdiderat)vt est in euãgel. ¶ Vocabula. Ars quandoqʒ scientiã sigcat: quãqʒ prudentiã ⁊ calliditatẽ: vt hic. Piaculum est peccatũ:etiã est purgatio vel medela. De quo vide hymnũ.Summi largitor. Baratrum est infernus: vel quilibet pfundus locus:vt.s̃.diximus. Populo vel populor sigcat destruo vel euerto. Pompa dicit ornatus vel apparatus. Ethiopes sunt hoies nigri: ardore solis exusti. Nam etho grece sigcat cremo. Hic pro significat demones.

¶ Feria tertia:quinta:sexta ⁊
septima pasche Sequentia.

Victime paschali laudes immolent christiani.
Agnus redemit oues: christus innocens patri
reconciliauit peccatores. Mors & vita duello cō
flixere mirando: dux vite mortuus regnat viuus.

Dic nobis maria quid vidisti in via. Sepulchrum christi
viuentis & gloriam vidi resurgentis.

Angelicos testes: sudarium & vestes. Surrexit christus
spes mea: precedet suos in galileam.

¶ Cõtinuando sermonē sermoni predicto subdit. ¶ Ordo. (Hinc).i.ex inde(verū manna).i.corpus christi(datᷣ ꝑspici).i. videri (veris israeliticis filijs veri abrae admirantibꝫ quondā).i.prius ⁊ olim(qꝺ).s.verum manna (typus).i.figura(moysi figurabat).i.signabat. Et ideo illud verū manna (datur perspici iam velo).i.figura ⁊ velamento(abducto).i.deposito. Vñ nunc alloquitᷣ virginē mariā dep̄cando ⁊ ostendendo rõnabilitatē illiꝰ orationis:probando ipsas esse exaudibiles.qꝛ dictū est prius ꝙ antiquitꝰ mānna datū patribꝫ in deserto p̄figurauit illud verū manna qꝺ offertᷣ in altari ⁊ sumitᷣ a filijs veri abrae:q̄ sunt filij repromissiõis. Quare dicit: O virgo maria(tu ora nos effici).i.fieri (dignos illo pane celi).i. corpore christi (⁊ fac nos degustare dulcē fontē:quē).s.fontē(petra p̄monstrauit).i.p̄figurauit(in deserto cū syncera).i.pura(fide:⁊ fac restringi renes).s.ꝑ cõtinentiā Et o maria fac nos(lotos).i.mundatos(in mari).i.in te stella maris vel in baptismo(speculari).i.videre(anguē eneum).i.serpentē(in cruce)scꝫ pendētem. Et o maria(fac nos discinctos).i.discalciatos(pede).i.in pede(pecuali pelle).i.calceis q̄ facti sunt de pellibꝫ pecoꝝ (ꝓpinquare).i: approximare (mundis labijs).i.puro ore(⁊ mundo corde).i.mente ⁊ cogitatione(igni).i. spirituiscrõ(⁊ verbo patris).i.filio dei(qꝺ)scꝫ verbū(tu virgo facta mater portasti:vt).i.sicut(rubus).s.portauit flammā ⁊ illesus permansit. Ideoq̄ o maria(audi).i.exaudi(nos:nam)ꝑ quia(filius)scꝫ tuus christus(honorat te).i.diligit(nihil negans).i.abnegans tibi:sed oīa cõcedens. (O iesu salua nos)scꝫ omnes(pro quibꝫ virgo mater)maria(orat te)scꝫ intercedens ꝓ nobis. Propterea etiā o maria vel o iesu(da visere).i.videre(fontē boni).i. bonitatis ⁊ omnis gratie.s.christū dn̄m (⁊ da defigere).i. firmiter infigere oculos pure mentis in te:quo).i.vt(mens valeat intelligere saporē).i. dulcedinē(vite)scꝫ eterne(hausto).i.ꝑ haustū(sapiētie.) O iesu tu da nos(redimire).i.ornare ⁊ circūdare(fidem christianismi).i. christianā (operibus).s. sanctis ⁊ virtuosis:quia fides sine operibus mortua est. Et o iesu(auctor) id est factor omniū da nos(transire).i.concede nobis ⁊ largire copiam veniendi(ad te)scꝫ summū bonum(ex incolatu).i.exilio(huius seculi).i.istius mundi. ¶ Vocabula. Manna nomen neutrale dicitᷣ a manhu admiratione quid est hoc:quia patres in deserto admirabantᷣ de illo pane. Viri israelite sunt christiani:qui per fidem vident deum. Olim autem iudei dicebantur israelite ⁊ filij israel:quod interpretatur videns deum. Typus est forma vel figura latine: ⁊ est nomen grecum: quasi exemplar alicuius rei. Renes a renuendo dicti sunt:vt supra diximus. Fons in deserto olim fluxit de petra percussa per moysen. Qui fons significat sanguinem de vulneribus christi profluentem. Anguem eneum.i. christum: qui olim figuratus fuit per anguem eneum quē moyses erexerat in deserto.

Rubus ignitus est maria spūsctō plena. Moyses em̄ vidit rubū: sȝ tamē
illesum. quē cū vellet accedere dixit angelus: Solue calciamenta de pedi
bus tuis ⁊c̄. Per rubum em̄ incōbustū cōseruatā agnouimus tuā laudabi
lem virginitatē: ita canit sancta mater ecclīa. Pecualis adiectiuū a noīe
pecus. Nā pecus dicat animalia nō potētia laborare. quare hic capit̄ ꝓ hu
militate. Negare est nō dare: etiā est nō cōcedere qđ dicit̄. Haustus est
potio. Ouidius. Haustus aque mihi nectar erat. Christianismus. i. chri-
stianitas vel mos christianoꝝ. Incolatus dr̄ peregrinatio vel mora in ali
quo loco. Nam incola dicit̄ peregrinus: ⁊ q̄ morat̄ vel habitat alicubi. vn̄
Dauid: Heu mihi qꝛ incolatus meus ꝓlongatus est. Redimire dicat or-
nare ⁊ frontē quasi circūdare ⁊c̄. ¶ Notabilia. Notandū primo: ꝙ au-
Hinc māna. tor in littera ondit ꝙ corpus christi figuratū est ꝑ manna qđ moyses reli-
quit in vrna aurea. Per moysen ibi intelligit̄ christus: qui inclusit māna. i.
filiū dei in aurea vrna. i. in vtero virginis marie. que rōne castitatis virgi-
nalis pudicitie merito vrna aurea dicit̄. Et hoc manna datur populo isra
elitico in figura: nobis aūt datur in veritate. Vn̄ Paulus. Quod eis con-
tingebat in figura: nobis cōtigit in veritate. Vn̄ in littera tangunt̄ tres hi
Aqua petre. storie: q̄ specialiter tria designant. Primū est. Cū filij israel fuerunt in de-
serto: tunc murmurabant ꝯ aaron ⁊ moysen ꝙ nō haberēt aquā ad bibēdū
Tūc moyses ex ꝓuidētia accepit virgā ⁊ tetigit petrā: a qua statim fluxe-
runt aque largissime ad refectionē oīm populoꝝ. Hec figura p̄mōstrauit
ꝙ regnū dei ingredi nō possumus: nisi renati simus ex aqua ⁊ spiritu. Se
Esus agni cūdo tangit̄ historia Exo. de esu agni paschalis. qꝛ qn̄ filij israel debebāt
comedere agnū paschalē: tunc p̄ceptū est eis vt renes suos constringerent
vel p̄cingerēt: ⁊ baculos in manibꝫ portarēt. Que historia designat nobis
castitatis constantiā. qꝛ luxuria mater vitioꝝ est in renibꝫ: ⁊ ibidē est muta
tio seminis. Vn̄ si aliquis vult gustare dulcem fontē: ille renes suos cone
tur cōstringere. qꝛ dicit Grego. Sint lumbi vestri p̄cincti zona castitatis.
Serpens in cruce. Tertio tangit̄ historia Exo. qn̄ filij israel fuerunt in deserto: tunc surrexit
multitudo serpentū venenosoꝝ: quibꝫ multi fuerunt interfecti. Sed moy-
ses videns hanc plagam: ex p̄cepto dei erexit serpentē eneā sup̄ altā arbo-
rem: ⁊ quicūqꝫ illū serpētē de mane inspiciebat: ille securus ꝑ totū diē am-
bulabat. Et illa figura ostendebat christū pati in cruce. Cuius passionem
omni mane ad memoriā debemus reuocare: ⁊ sic p̄seruabimur a serpētibꝫ
diabolicis: ⁊ suggestionibꝫ q̄ vndiqꝫ extendunt̄ vt capiant ⁊ illaqueāt nos
Ideoqꝫ dirigit petitionē ad virginē mariā: vt ipsa ducat nos ad fontē sa-
cri baptismatis: ⁊ ꝙ ipsa cōfirmet nos in puritate baptismatis cū castita-
tis cōseruatione. vt possimus speculari passionē eius filij: ⁊ eo firmius cō-
Fac igni sctō seruare Tunc ibi: Fac igni sancto ⁊c̄. In quibꝫ verbis tangunt̄ due histo-
rie. Prima est ipsius moysi. s̄m qđ legit̄ Exo. iij. qn̄ moyses pauit ⁊ custo-
diuit oues ꝓprias: vidit in monte sinai rubū ardere: ⁊ tn̄ nō cōsumptū. Et
Rubus incō bustus. cū moyses descenderet ad videndū hoc q̄d esset: audiuit vocē de rubo di-
centē: Discalcia te: qꝛ locus in quo stas sanctus est: ibi em̄ constitutus est
princeps exercitus: q̄ tanq̄ȝ legatus duceret populū de egypto. Nā cū do
minus vidit afflictionē iudeoꝝ: voluit eos ꝑ manus moysi liberare. Ille
rubus p̄figurabat beatā virginē: q̄ ardebat igne spūssancti: attamē nō est

cōbusta.i.post partū nō violata neq̄ corrupta. Scḋa historia est ipsi⁹ gedeonis. q̄ tangit̄ ibi: pecuali pede. Nam gedeon qñ duxit populū israeliticum p desertū: tunc vidit hominē volentē aduersus eū pugnare. Et sic inuocauit nomen dei. Cui statim est p̄ceptū vt agninam pellē poneret sup gramine. que si fieret madida: signū esset victorie ⁊ triumphi. Qui ḡ vult accedere ad illū ignem.i. ad gratiā spūsſcti: debet habere q̄ttuoꝛ. Primo pecualē pellem.i. agninā. p quā designat̄ humilitas: q̄ ducit nos ad eternam vitam. Vñ Paulus: Humiliamini vos sub manu potētis dei: ⁊ ipse exaltabit vos. Qui eñ se humiliat exaltabit̄. Secundo debet habere discinctos pedes.i. cōstantiā in tribulatione. Vñ Berñ. Cōstantia cū pseuerantia pmittit coꝛonā. Per hoc aūt tangit̄ p̄ceptū iudeoꝝ: qꝛ nō rumināntia ⁊ fissos pedes nō habentia sunt īmunda ⁊ ipsis phibita. Et sic patet q̄ nō comedant carnes poꝛcinas: qꝛ nō ruminant. Etiā nō comedunt equos et hmōi aīalia: qꝛ nō habent fissos pedes. Tertio debet habere purū os.i. bonā disciplinā. Vñ disciplina est moꝝ oꝛdinata correctio. Vñ Bernar. Cōpositū hominē reddit disciplina. qꝛ vultū cōponit: ceruicem subiugat: oculos ligat: cachinnos phibet: gulā refrenat: iram sedat: ⁊ linguā moderatur. Quarto debet habere mundū coꝛ.i. syncerā oꝛationē. Nā ſm Damasce. Oꝛatio est pius affectus mentis in deū directus. Notandū scḋo: qꝛ dicit̄ in littera: Nihil negans te honoꝛat. Nam tota trinitas beatā virginē honoꝛauit. qꝛ pater animā eius purgauit: filius eius ventrem inhabitauit: spiritussctūs vterū eius sanctificauit. Vñ canit̄ de ipsa: Optimā partem elegit sibi maria. Quod sic intelligit̄: Illa pars est bona q̄ habet vitā actiuā: illa est melioꝛ q̄ habet vitā cōtemplatiuā: illa ꝟo optima q̄ hꝫ vtrāq̄. Virgo maria est hmōi: ergo ⁊c̄. Vel sic. Vbicūq̄ est gloꝛificatio coꝛpis: ibi est pars bona. sed vbi est gloꝛificatio aīe: est melioꝛ. ergo vbi est gloꝛificatio vtriusq̄: est optima. quā elegit beata virgo: qꝛ coꝛpe ⁊ aīa assumpta est in celū. Vñ triplex habet officiū: ſcꝫ adiuuandi: aduocandi ⁊ miserendi. Primū habet tripliciter. qꝛ auxiliat̄ in vita: in moꝛte ⁊ post moꝛtem Primo in vita: qñ vnicuiq̄ dat suā gratiā. Scḋo in moꝛte: qñ nos a diabolo defendit. Tertio post moꝛtē: qñ aīas nostras sumit ad sanctā ciuitatē hierłm. Primū officiū est bonū: secundū melius. Ergo legit̄ de ea q̄ ad primū: Maria mater gratie. q̄ ad secundū: tu nos ab hoste ptege. q̄ ad tertiū in hoꝛa moꝛtis suscipe. Secundū officiū beate virginis est aduocare. In quo pꝛimo captat beniuolentiā iudicis. Scḋo ibi insinuat miserias hoīs. Tertio inducit iudicē ad misericoꝛdiā. Et sic iteꝝ pꝛima pars est bona: secunda melioꝛ: tertia optima. Tertiū officiū est miserendi. Quidā eñ iudices cōsequunt̄ veritatē cōscientie: q̄ pars est bona. Alij cōsequunt̄ rectitudinē iusticie: q̄ melioꝛ. Alij ꝟo tēperatim misericoꝛdiā: q̄ est optima. Quā ipsa beata virgo elegit: ꝓpterea mater miſcḋie nuncupat̄. Vñ petit fontē boni visere. sicut scribit etiā Boetius in de cōsolatu phico: lib. iij. metro. ix Da pater augustā mentis cōscendere sedem. Da fontē gustare boni: da luce reperta In te cōspicuos animi defigere visus. Fides eñ chꝛistiana req̄rit bonū opus. qñ fides sine opib⁹ moꝛtua est: vt dicit apl's Paulus. Vbi sciendū iuxta verba Boetij p̄tacta: q̄ sedes summi boni d'r angusta ⁊ subtilis: qꝛ vix imo magno laboꝛe ad ipsam puenit̄. Et illud summū bonū dicit̄

Vellus gedeonis.

Quattuoꝛ requirunt̄ ad gratiā spūsſ sancti.

Nihil negās te honoꝛat

Officiū btē virginis triplex.

De iudicib⁹

Da fontē boni visere.

fons bonitatis. Sicut em̄ riuuli habēt esse ⁊ existere ⁊ fluere a fonte: ⁊ ipe a nullo ꝓcedit:: Sic a deo habemus omne bonū: bonitatē aūt a seipso hꝫ. Et ad hoc ꝙ sedes summi cōscendatᷣ: oportet vt inuestigetᷣ. Sed quia nō sufficit inuestigare si nō inueniatᷣ: nec inueniri potest si nō diligatᷣ: philosophia petit in hac parte ꝑ amorē ⁊ visum animi. s. rationē ⁊ intellectū in sūmū bonū cōuerti. Sed ex quo intellectus ⁊ ratio impediuntᷣ ⁊ obscurantᷣ ꝑ affectionē ⁊ desideriū terrenoꝝ: qꝛ corpus qđ corrumpitᷣ aggrauat animā. iā vlteriꝰ petit fugare nebulas ⁊ grauitates terre. Nā nō sufficit fuga tenebrarū: nisi assit lux illuminans: ideo petit illuminationem. Est aūt duplex

Oculus duplex. oculus. Corporalis. s. q̇ cōstat ex partibꝫ materialibꝫ: q̄ sunt caro ossa ⁊ perui. Alius est oculus spiritualis: q̇ est intellectus ƀm quē fiūt opatiōes: ducentes nos ad summā felicitatē. quā autor petit in fine huiꝰ seq̄ntie: cū dicit: Ex huius incolatu seculi fac nos ad te transire ⁊c̄.

¶De sancto Augustino Sequentia.

Eterni festi gaudia nostra sonat harmonia. Quo mens in se pacifica: vera frequentet sabbata.

Mundi cordis leticia adorans vera gaudia. Quibus pregustet auida que sit sanctoꝝ gloria.

Qua letatᷣ in patria celicoꝝ curia. Regem donantē p̄mia sua cernens in gloria.

Beata illa patria que nescit nisi gaudia: nam ciues huiꝰ patrie non cessant laudes canere.

Quos ille dulcor afficit: quē nullus meror inficit: quē nullus hostis impetit: nullusq̧ turbo concutit.

Ibi dies clarissima melior est q̄ꝫ milia: luce lucens prefulgida: plena dei noticia.

Quam mens humana capere nec lingua valet promere: donec vite victoria cōmutet hec mortalia.

Quando deus est omnia: vita: virtus: scientia: victus: vestis: ⁊ cetera que velle potest mens pia.

Hoc in valle misera meditetur mens sobria: hoc ꝑ soporē sentiat: hoc attendet dum vigilat.

Quo mundi post exilia coronetur in patria: ac in decoris

gloria regem laudet per secula.

Harum laudum preconia imitatur ecclesia: dum recēsent annua sanctoꝝ natalia.

Dum post peracta prelia digna reddunt premia: Pro passione rosea: pro castitate cādida: ꝛ torques aurea pro doctrina catholica.

Qua prefulget augustinus in summi regis curia. Cuius libroꝝ copia fides firmat vnica: hinc ꝛ mater ecclesia vitat errorum deuia.

Cuius sequi vestigia ac predicare dogmata fide recta et feruida det nobis mater gratia.

¶ Hec seq̄ntia canit in laudē magni doctoris augustini. Cuius hec erit expositio. ¶ Ordo. (Nr̄a harmonia).i.musica ꝛ cantus(sonet).i.iubilet ꝛ cō celebret(gaudia interni festi).i.interioris(q̊).i.vt(mēs pacifica).i. tranq̄lla (in se)scȝ ꝛ nullis exterioribꝫ turbata passiōibꝫ(freq̄ntet vera gaudia)celestia ꝛ deū ipȝ(leticia).i.iubilo(mūdi cordis).i. puri.s.quē solū cernere pn̄t oculi(q̊bꝫ)gaudijs ipa mēs(auida).i.cupida(p̄gustet).i.attingat ꝛ discat(q̄ sit glia sctōꝝ)in eterna patria(qua).s.gloria(curia celicoꝝ).i.in celo habitantiū(letat).i.gaudet(in patria).s.celesti(cernens).i.videns(regē). s.oipotentē deū(donantē).i.largientē(sua p̄mia in glia).s.eterna. (Illa patria) .s. est(merito beata).i.felix(que)patria (nescit nisi gaudia) nā ibi ꝓcul est ois turbatio(nam)ꝓ q̄ꝛ(ciues).i.inhabitatores(huius patrie).s.celestis(nō cessant canere laudes).i. grarūctiōes(quos)ciues (afficit).i. mouet(ille dulcor).i.hec suauitas(quē) dulcorē (nullus meror).i.nulla tristicia (inficit).i. cōmaculat vl' pmiscet(quē)dulcorē(nullus hostis).i. aduersari⁹(impetit).i. ꝑcutit(ꝛ nullus turbo).i.nulla calamitas(cōcutit).i.cōmouet(Ibi).s. in patria(vna dies clarissima).i.splēdida.s.est(melior q̄ȝ milia).s.in h̄ mundo ꝛ valle miserie:dies inquā(lucēs p̄fulgida luce).i.semꝑ corruscante(plena).s. existens(noticia dei) scȝ qua nihil beatius cōtingere quicq̄ȝ creature pōt: cū ibi sunt que auris nō audiuit:nec oculus vidit:nec in cor hois intrauit: vt ait apl's.(Quā)scȝ noticiā dei(humana mens).i.intellectus (nec valet) .i.nō potest(capere). i.intelligere(nec valet promere).i.edicere aut ꝓferre: (donec).i.quousq̄ȝ(victoria vite).s.p̄sentis:hoc est mors ipsa (cōmutet) .i. permutet(hec mortalia).i.transitoria cuncta in melius(qn̄).i.qn̄quidē vel qm̄(deus est oia)q̄ꝛ omnipotens:videlicet est(vita).s.eterna(virtus).s.indeficiēs(scientia)scȝ veroꝝ(victus).s.perennis(vestis).s.pmanēs (ꝛ)est(cetera).s.cuncta(que pōt velle).i.desiderare(pia mens).i.homis alicu⁹ sancti. Proinde(sobria mens).i.pura ꝛ casta(meditetur).i.cogitet(hoc).s.iam dictū(in misera valle).i.in presenti seculo mundi(hoc sentiat).i. somniet (per

sopore).i.requiē ⁊ dormitionē(hoc attendat).i.p̄noscat(dū vigilat).s. extra sopore cōstitus(q̄).i.vt(post exilia mūdi).i.post miseriā vite hu9 lachrymose:si mō vita dici pōt(coronet in patria)celesti (ac vt laudet p̄ scl'a).s. cūcta ⁊ eternaliter(regē).i.deū oīpotentē(in gloria decoris) scꝫ existentē in celo. (Eccl'ia)scꝫ catholica ⁊ christianoꝝ cōgregatio(imitat).i. seq̄t(p̄conia).i. celebrationes ⁊ laudes(harū laudū).s.iam enarrataꝝ (dum) p̄ q̄n (annua natalia).i.natalitia ⁊ festiuitates singuloꝝ annoꝝ(ipsoꝝ)sanctoꝝ(recēsent) .i.celebrant(dum).i.q̄n(digna premia).i.meriti honores(reddunt post peracta p̄lia)scꝫ huius mūdi vbi cōstituti sumus in bello.qm̄ vt ait Job:Militia est vita homīs sup̄ terrā. Et q̄ sint talia p̄mia subdit:cū ait (pro rosea passione).i rubicūda ꝓpter sanguinis effusionē(⁊ p̄ candida castitate).i.alba ⁊ imaculata virginitate(datur aurea torques).i.monile aureū(p̄ doctrina catholica).i.christiana. Qui em̄ elucidant me vitā eternā habebunt:ait Sapiēs.(Qua).s.torque aurea(augustinus)ipse doctor insignis (p̄fulget) .i.resplendet(in curia summi regis).i.in celesti patria.(Cuius)scꝫ augustini(copia).i.multitudine(libroꝝ)scꝫ a se editoꝝ(fides).s.christianoꝝ(vnica) .i.sola(firmatur).i.cōprobat ⁊ verificat.(Hinc).i.ex libris eiusdē(mater ecclesia).i.fides n̄ra(vitat).i.exturbat(deuia).i.seductiones(erroꝝ).s.heresim sapientiū opiniōes.(Cuius)beati Augustini(vestigia sequi ac p̄dicare).i. publicare omnib9(dogmata).i.scripta sua (recta fide ⁊ feruida).i. intima (det).i.largiat ⁊ cōcedat(nobis mater).s.existens(gratia)h̄ est sp̄ūssanctus deus omnipotēs. Amen. ¶Vocabula. Harmonia grecū nomē: latine cōcordia vel cōcentus. Sabbatū hebraice d̄r requies. Et pōt accipi pro festo die. Frequētare est freq̄nter vti:vel frequēter adire: vt frequēto scolam vel forū. Curia est ꝓprie domus consilij:etiā est ꝓgenies vel familia: Inde curialis.i.cōtribulis. Patria est locus natalis vel natiuitatis. Vergi. Nos patrie fines ⁊ dulcia linquimus arua. Improprie ponit p̄ regiōe vel ꝓuincia. Dulcor.i.dulcedo vel suauitas. Meror.i.mesticia vl' interna tristicia ⁊c̄. Inficere est imutare qualitatem rei:vt fetor inficit aera. Impeto s̄cat in malū peto:vt taurus impetit cornu:vel impetum facit. Turbo est turbatio vel volubilitas ⁊ cōmotio venti. Preconiū est ꝓmulgatio vel clamor ⁊ laus. Imitari est sequi mores alterius. Natalis vel natale dies est natiuitatis. Inde natalitius a um.ꝑtinens ad natalem. Et substantiuat in neutro genere p̄ natali. Hic torquis ⁊ hec torques est ornamentū ex auro ⁊ argēto cōtortū. Catholicus.i.vniuersalis: ⁊ est grecū nomen. Dogma nō s̄cat doctrinā:sed modū viuendi vel statutum. vn̄ dicitur:Dogma datur christianis ⁊c̄.

¶In decollatione Joannis baptiste.

PSallite regi nostro:psallite psallite prudēter. Nā psalteriū est iucundū cū cithara.

Nato virginis quo psallēs natus sterilis Citharam percussit in domo domini.

Dum qđ sonabat clamando docuit viuendo: Mortificā- do que sup terrā sunt membra: ⁊ alios docendo. Preparās christo plebem perfectā ioannes vox clamantis in deserto.

Sed hec vox impiū herodem quē corripit minime corri- git. Haud tñ tacuit: sed adusq; sanguinē sceleri resistit.

Non licet inquit te fratris tui habere coniugē raptā sibi: peccasti: quiesce: penitentib⁹ sic precepit dominus.

Vocem incantātis sapienter herodes vt aspis surda sper- nit: vt iustum vt sanctū ioannē timet: quē vinxit in carcere.

¶ Hic scđm ordinatissimū cursum anni autor ponit aliam sequentiā de sancto Joanne baptista ⁊ de eius passione. Primo introducēs quasdā ꝓ- phetias quas applicat ad ꝓpositū: exhortando populū ad laudē beati ioā- nis. Scđo describit causam ⁊ materiā decollationis eius. Tertio facit ex- clamationē contra ipsius mortē. Proponit ergo ꝓphetiā quandā: q̄ scribit̄ in Ps. exhortādo populū dicēs. ¶ Ordo. Vos christifideles (psallite). i. cū leticia cantate (prudēter). i. sapiēter (regi nostro). i. deo. (Nam) p q̄ (psal- teriū). i. canticū oris (est iocundū). i. plenū gaudio (cū cithara). i. cōcordan- tia boni operis. (Quo). i. cū quo psalterio (natus). i. filius (sterilis). s. mulie- ris helisabet (psallens). i. decantans laudes (nato). i. filio (virginis) marie. i. christo dño nr̄o (ꝑcussit citharā carnis). i. corporis sui venas tangēs (in do- mo dñi). i. in sancta ecclia. (Dum) scz sctūs ioannes baptista (docuit viuen- do) scz ꝑ opationē vite illud (qđ sonabat) scz (clamando ⁊ viuendo). i. p̄di- cando. s. ore ⁊ opere cūcta ꝑficiēdo ⁊ adimplendo: ac (mortificando). i. ma- cerando (membra que sunt sup terrā). i. corpus suū castigando (⁊ docendo hoc alios) scz hoīes. Nā ipse (ioannes) existens (vox clamātis in deserto). i. eremo (p̄parans christo) scz dño (ꝑfectā plebē). i. mundā. Vñ iam autor in- troducit materiā principalē: describendo causam remotā decollatiōis scti ioannis bap. ⁊ tunc ꝓpinquā. dicens (Sed hec vox). s. sctūs ioānes: vł hec vox sancti ioannis (minime corrigit). i. cōuertit aut emendat (herodē). s. re- gem (quē corrigit). i. redarguit. (Tamē) p sed sctūs ioānes (haud tacuit). i. non siluit ideo (sed resistit). i. resistebat fortiter (sceleri). i. pctō (vsq; ad san- guinē). i. vsq; ad effusionē sui ꝓprij sanguinis. Vñ sctūs ioannes (inq̄t). i. di- xit. s. herodi (nō licet). i. nō decet (te habere cōiugē). i. vxorē (fratris tui rap- tam) scz (sibi) ꝑ violentiā (peccasti). i. male fecisti delinquēdo cōtra legem: (quiesce). i. cessa de pctō (dñs sic p̄cepit penitentib⁹) scz vt cessent a pctō. s3 (herodes spernit). i. cōtemnit (vocem) beati ioannis (incantantis). i. diuinan- tis ⁊ p̄dicantis (sapienter). i. prudēter (vt). i. sicut (surda aspis). i. serpēs ob- turans aures (⁊ timet ioannē vt iustū). s. virū (⁊ vt sanctū). s. hominē (quē). s. ioannē (vinxit). i. ligauit (in carcerē). i. i captiuitatē vinculoꝝ. ¶ Vocabula: Psallere est verbū grecū ſcans latine ludere in musicis instrumentis

Inde psaltes.i.organista vel citharista. Et psaltria dr talis mulier. Psalteriū est instrumentū quoddā musicū. Psalmus est carmē lyricū. Psalmista dicit q̄ facit psalmos: vt Dauid. Percutio verbū tertij ordinis: cōpositū a p̄ τ quatio. Licet quidā a cutio declinari malint verbo inusitato vt incutio decutio τc̄. Corrigo fcat emēdo. Teren. Si q̄d pctm̄ est: id ar te corrigas.i.castiges. A cō τ rego. Corripio ꝓo fcat arguo: τ qn̄qꝫ velociter accipio. Vergi. Celeresqꝫ sagittas corripuit. Dauid. Dn̄e ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me τc̄. A cō τ rapio. Adusqꝫ aduerbiū est: fꝫ q̊sdā. Al's deseruit accō casu: vt in hymno: adusqꝫ terre limitē τc̄. Resto a re τ sto fcat resistere. Licet impsonale tm̄ i tertijs psonis cōiugat. Inquit defectiuū est: nec hꝫ nisi inq̄t in p̄senti τ inquā in futuro q̄uis Aristotelis interpres dicat sepe inquimus in p̄ma psona p̄lis nūeri.
Vincio is ire. fcat ligare τ capere. Sed vinco is ere fcat supare τ victoriā de aliq̊ capere. Nō licet te habere: τ tibi habere nō licet: vtroqꝫ mō bene dicit. Apis est serpētis species. q̄ cū audit incantatorē aures obstruit: vnam terre applicans: in alterā ꝓo caudam torquens. Vide Hieronymū super psalterium.

Sermo d̓ beato ioāne baptista.

¶ Notabilia. Scribit in Ps̄.xxviij. Vox dn̄i in virtute: vox dn̄i in magnificētia. Quibꝫ verbis btūs Joannes baptista duplr cōmēdat. Primo ex virtute p̄dicationis quā posuit ex industria diuine collatōis. q2 vox dn̄i in virtute. Scd̄o cōmendat in virtute p̄dicatiōis quā terminauit p efficaciā virtuose opationis. q2 vox dn̄i in magnificētia. De primo scribit Lu.j. quō gabriel archangelus ad zachariā ingressus dixit: Ne timeas zacharia: vxor tua tibi pariet filiū: hic erit magnus corā dn̄o: ipse p̄ibit ante illū in spū τ virtute helie: τ spūsctō replebit. Ex q̊ ptꝫ q̄ erat vox dn̄i in virtute: qm̄ virtuose vocatus τ virtuosum aduentū dn̄i p̄dicauit. Vox inq̄ꝫ illa clamantis in deserto: Parate viā dn̄o: rectas facite in solitudine semitas eius. De scd̄o scribit Matth.iij. q̄ in diebꝫ illis venit baptista p̄dicās baptismū penitētie. Ex q̊ factus est vox dn̄i in magnificētia. qm̄ magna fecit: q2 tam dn̄s q̄ꝫ seruus magnifice operatus est. De q̊ dicit Esa. Cātate dn̄o: qm̄ magnifice fecit. Sed de magnificētia serui.s.ioānis baptiste scribit Joan.j. q̄ magnifice phibuit testimoniū christi. Quādo em̄ iudei miserūt ab hierosolymis sacerdotes τ leuitas ad ioannē: vt interrogarēt eū tu q̇s es. Qui cōfessus est: τ nō negauit. Cōfessus em̄ est: q2 nō sum ego christus. Et hoc est testimoniū qd̓ phibuit. Et interrogauerūt eū: Helias es tu? Qui rn̄dit: Nō sum. Propheta es tu? Qui rn̄dit: nō. Dixerūt q̇s es tu? vt demus respōsum his q̄ nos miserūt. Dixit ioannes: Ego vox clamātis in deserto. Hanc em̄ vocē exaltauit in magnificētia: τ in decollatiōis martyrio feliciter terminauit. Ergo in honore hu9 vocis facta est hec seq̄ntia

Joannes fecit magna.

Quare ꝓpha hortat ppl'm ad psallendū p̄mo semel in laudē τ gloriā diuine deitatis q̄tū ad essentiā: deinde ter in honorē sūme trinitatis q̄tum ad psonas. Ergo in p̄ncipio hu9 cautici ponit semel ter τ postea resumit: vt ex hoc sctā trinitas τ insepabilis ac indiuisa vnitas collaudet. Nota secūdo. Btūs ioannes baptista vocat filius sterilis: q2 helisabet mater eius erat sterilis sterilitate nature: vt ptꝫ ex euāge. Quia hic est mensis sextus illi q̄ vocat sterilis. Sed nō vocat sterilis sterilitate gratie: qm̄ generauit

Psallite ter ponit.

Joānes fili9 sterilis.

filiũ dño. Itẽ sanctus ioannes pcussit citharã carnis.i. suaȝ linguã:ꝛ cum hoc psallebat in psalterio:qꝛ verba salutis pdicabat: ꝛ illud qđ pdicauit etiã operibꝫ adimpleuit. Vñ pdicabat hominibꝫ castigare corpus suum:ꝛ ipse corpus castigabat:victũ sumẽdo de melle siluestri ꝛ vestẽ de pilis camelorꝝ. Vñ pdicatio doctoris est populo accepta ꝛ grata:qñ doctor id qđ pdicat ꝛ docet operibꝫ adimplet. Nam dicit Augusti. Cuius vita despicit: restat vt eius pdicatio cõtemnat. Quare dicit apłs Paulus: Castigo corpus meũ ꝛ in seruitutẽ redigo:ne cũ alijs pdicauero ipse reprobꝫ efficiar. Turpe est doctori cũ culpa redarguit ipm: ait vulgaris autor. Nõ sic fecit beatus ioannes baptista:qui de semetipso ait: Ego sum vox clamãtis in deserto: Preparate viã dño:rectas facite semitas dei vestri. Et btũs ioannes merito dicit vox:qꝛ sicut illa pcedit verbũ:sic sanctus ioãnes pcessit verbũ.i.filiũ dei in pdicatiõe pparando sibi viam. Notandũ tertio ꝙ beatus ioannes nõ corripuit herodẽ ꝓpterea ꝙ habuit vxorẽ fratris:sed qꝛ ipsam rapuit. Fuit eñ in lege cõstitutũ: ꝛ adhuc seruat a iudeis hodie: ꝙ mortuo viro frater viri põt suscitare semen de vxore fratris sui. Et hoc legit in euange. Marci de resurrectiõe mortuorꝝ:ꝙ vna mulier nupsit septẽ fratribꝫ p ordinẽ.ꝛ inde ceperũt saducei originẽ. Sic etiã iudas filius iacob dedit thamar meretricẽ duobꝫ filijs suis. Et h̃ intelligit altero fratre mortuo. Sed herodes habuit vxorem fratris sui philippi adhuc viuẽtis: qui fuit tetracha ituree ꝛ traconitidis regionis. Unde corripuit eum pro vxore rapta:quod quidẽ prohibitum est in lege. Et herodes timuit beatũ ioannem baptistam vt virum iustum ꝛ sanctum: vt dicit textus euangelij. Et glosa beati Gregorij ibidem est: ꝙ iste timor quẽ herodes tunc habuit non fuit meritorius.quoniã huic timori pretulit amorem puelle saltatricis.quia ꝙuis beatum ioannem timuit:tamen propter iusiurandum noluit puellam contristare:sed precepit beatũ ioannem in carcere decollare. Sed de illo ꝙ dicitur in textu:vt aspis surda spernit ꝛc.sciẽdum ꝙ est vna proprietas serpentis: cum percipit incantationem ab eo qui plures serpentes conuocauit per vim ꝛ potestatem verborum incantatoris:ipse serpens hoc percipiens aures nititur obstruere: ne vocem incantantis audiat ꝛ illa audita ad eum accedere compellatur. Quare bene autor hic comparat herodem serpenti:quia herodes preceptis verbis ꝛ consilijs sancti ioannis baptiste non obediuit.

Predicare ꝛ aimplere.

Joãnes dꝛ vox.

Lex de vxoribꝫ fratrum.

Herodis timor.

De serpẽtibꝫ adiuratis.

Sedet in tenebris lucerna lucis amicus omnipotentis. Studet delitijs mundi principis filius perditionis.

Meretrix suadet:puella saltat:rex iubet: sanctus decollatur. Dat rex saltanti caput ioannis: qui sanctus anteꝙ̃ fit natus.

En quomodo perit iustus: quasi non sit deo dilectus. Cũ sit eius preciosa mors hec in conspectu domini.

Nos corde percipimus qualis ⁊ quantus est: q̄ vicinus dignitate christo fit ⁊ morte.

Nam morte turpissima damnatur sponsus: sponsi ⁊ amicum damnant morte recte turpissima.

Carcere carnis ductum quē ferunt psallendo celis angeli angelum. Et nos in terris tibi psallere fac christe in memoriam baptiste.

Herodis spreta quo mensa altaris tui mensa ipsum te dñ sumimus: semper tibi psallamus.

¶ Hic autor tangit causam magis ꝓpinquã passionis bti ioannis: dicens. ¶ Ordo. Sanctus ioannes existēs (lucerna lucens) scz fidei ⁊ toti mũdo (⁊ amicus oipotētis). s. dei (sedet in tenebris) scz carceris. Sed herodes (filius ꝑditionis studet). i. insistit ⁊ incumbit (delitijs). i. voluptatibꝫ (mũdi: ⁊ meretrix). i. vxor herodis (suadet). i. dat cõsiliũ (⁊ puella). i. filia vxoris herodis (saltat). i. corizat (rex iubet). i. p̄cipit (sanctus) scz ioannes (decollat̄). i. capite truncat̄ (⁊ rex) herodes (dat caput) sancti (ioannis saltanti). s. puelle: (qui) ioannes fuit (sanctus) scz in vtero matris (anteq̄ fit natus). i. priusq̄ genitus esset in mundũ. Quare iam facit exclamationē cõtra mortē innocentē beati ioannis: dicens (En). i. ecce (quõ). i. q̄ miserabiliter (iustus) scz sanctus ioannes (perit). i. morit̄ (quasi nõ sit dilectus deo: cũ hec mors eiꝰ) scz ioannis (sit p̄ciosa). i. digna (in cõspectu dñi) vt testat̄ psalmographus. Vñ (nos ꝑcepimus). i. cognouimus (corde: qualis ⁊ quãtus est). s. ioannes baptista (q̄) ipse (fit vicinus). i. ꝓpinquus (christo dignitate ⁊ morte. Nam) ꝓ quia (sponsus) scz christus (damnat̄). i. occidit̄ (turpissima morte) q̄ crucifixus fuit: ⁊ herodes cũ ministris suis (damnat recte). i. simplr̄ vel similiter (turpissima morte amicũ sponsi). s. sanctũ ioannē q̄ fuit amicus iesu christi (Quē) scz ioannē existentē (angelũ). i. nunciũ christi ⁊ p̄cursorē sancti (angeli ferunt in celũ psallendo). i. cantando (eductũ). i. exutũ (carcere). s. (carnis) ⁊ corporis sui. Vñ nũc dirigit petitionē ad christũ: dicēs (O christe tu fac nos psallere). i. decantare laudes (tibi in terris). i. in hoc mundo (in memoriam). i. laudabilē cõmemorationē ioannis (baptiste: Quo). i. vt nos (psallamus tibi semp). i. omni tp̄e (dum sumimus te christũ mensa). i. in mensa (tui altaris). s. in q̄ est corpus ⁊ sanguis tuus: ⁊ hoc dico (spreta). i. cõtēpta (mēsa herodis). s. quam habet in inferno. ¶ Vocabula. Studeo ⁊ suadeo verba sunt neutralia secũdi ordinis. Et suadere ꝑcat ꝯsiliũ dare. Lucerna est lumē in laterna cõclusum: vt habet Plautus in Amphitriõe. Saltare est qd̄ vulgus corizare dicit: a salio. Meretrix suadet ⁊c. In h̄ versu est color rhetoricus q̄ dicit dissolutio: q̄ clausule carēt cõiunctionibus. Est ⁊ alius color. s. breuitas. Nam tota decollationis ioannis historia q̄ breuissime narrat̄. Vicinus a vico d̄r. s. in eodē vico habitans. Nã vicus

est cõiuncta multitudo domoꝝ: siue in vrbe siue foris. Itẽ vicinus. i. ꝓpin-
quus: vel q̇ cõmoraꝛ alteri in ꝓpinquo. Carcer dr̄ om̄is locus in q̊ aliq̄s
includiꝛ: a coercendo. Vergi. Eolus ꝛ clauso ventorum carcere regnat.
Altare vel altar vel altariũ indifferẽter dr̄. Et fit a noīe altus: q꞉ alto loco
sunt altaria ꝛc̄. Ferunt celis. i. ad celos. Vergi. It clamor celo. Mensa
herodis hic intelligiꝛ cõuiuiũ malignũ: quale fuit cõuiuiũ herodis: in quo
iustus occisus est. ¶ Notandũ primo. In hac snīa tangiꝛ passio btī ioan-
nis baptiste: ꝛ causa eiusdẽ passionis ꝑ ordinẽ: q̄ hoc modo facta est. Hero-
des agrippa accepit vxorẽ fratris sui philippi: scȝ herodiadẽ. Pro q̊ argu-
ebat eũ ioannes: vñ in carcere eũ ligauit. quẽ occidere voluit: sed populũ
ꝓpter ipsius p̄dicationẽ ꝑ baptismũ cõgregatũ timuit. Herodias aũt ꝛ he-
rodes occasionẽ q̄rentes ad occidendũ ioãnẽ. Quare dies agiꝛ natalis he-
rodis: principes cõuocanꝛ: puella ludet: cui quicq̄d peteret ꝓmittiꝛ sub iu-
ramento: caput petiꝛ ꝛ amputaꝛ: ac puelle datur. Sic in secreto apud sein-
uicẽ videnꝛ hec prius tractauisse. q꞉ si puella interitũ patris vel matris po-
stulasset: herodes vtiq̄ nõ admisisset. Ista ḡ est mors sancti ioannis bapti-
ste. Circa quã dicit btũs Augusti. ꝙ hoc cõuiuiũ fuit pollutũ dupliciter.
Primo ꝑ natalis diei celebrationẽ gaudiosam. q꞉ nõ est cõueniẽs ꝙ homo
debeat diẽ sue natiuitatis cũ gaudijs ꝛ leticijs ad memoriã reuocare: sed
magis homo debet extremũ diẽ sue mortis ꝑpendere. Quare dicit Bernũ.
O hõ memorare nouissima: q̄ te a pctõ in eternũ p̄seruãt. Et cõcordat sa-
piens cũ btõ Gregorio dicẽs: Valde se sollicitat in bono ope q̄ semꝑ cogi-
tat de extremo fine. Scd̄o fuit pollutũ temerario iuramẽto: ꝑ q̄d herodes
ꝓmisit dare puelle q̄dcũq̄ postularet. Certe minꝰ peccasset herodes si iu-
ramentũ abnegasset: q̄ȝ ꝙ hc cõuiuiũ sanguine polluit beatũ virum occi-
dendo. Quod bene patet in Dauid: q̄ iurauit iureiurando vt interficeret
nabal virũ stultũ: cuius vxor cũ ferculis pacificis venit ad dauid: ꝛ irã eiꝰ
mitigauit. Ecce minus peccauit in eo ꝙ iuramentũ fregit q̄ȝ si homicidiũ
etiã cõmisisset. Fuit aũt beatus Joannes decollatus nõ illo die q̊ memo-
ria eius mortis pagiꝛ: sed circa dies azimoꝝ anno p̄cedẽti passionẽ christi:
in quodã castello arabie. vbi vinculis captus est ꝛ decollatus. Herodias
aũt fecit caput eiꝰ deferre in hierl̄m: ꝛ iuxta habitaculũ herodis caute se-
pelire: timẽs ꝙ resurgeret si caput cũ corpore sepeliret. De q̊ vide tracta-
tũ egregiũ Vuilhelmi caonersim vicecancellarij vrbis rhodie: quẽ nos su-
perioribꝫ diebꝫ e latino in vernaculã linguã alemanoꝝ transtulimus mox
imprimendũ. vbi cõmẽdat manũ diui p̄cursoris ꝑ magnũ turcũ magistro
rhodioꝝ p̄sentatã. Notandũ scd̄o. Duplex est dilectio qua deus diligit
hominẽ. s. dilectio corpis ꝛ anie. Prima dilectione dñs diligit ꝑctõres vt
cõuertanꝛ: ꝛ ꝓpterea corripit eos hic in terris: iuxta illud: Quẽ deꝰ diligit
hunc ꝛ corripit atq̄ flagellat. Secũda dilectiõe diligit iustos ꝛ sibi dile-
ctos: quoꝝ animas tollit de hoc mundo. De qua dicit Eccle. Dilectꝰ deo
ꝛ hominibꝫ: cuius memoria in benedictiõe est. De hac dilectiõe btũs ioan-
nes est: sed nõ d̄ p̄ma. Cũ esset p̄dicator penitẽtie: nõ habuit necesse penite-
re. Et q̄ ista dilectiõe diligiꝛ: cito parit vt salueꝛ. qui aũt prima dilectione
diligiꝛ: viuit vt cõuertaꝛ. Vñ ioannes diciꝛ vicinus christo ꝛ nõ equalis:
sed in gradu ꝓpinquissimo. Erat eñ sanctificatꝰ in vtero matris. q̄re diciꝛ

Passio beati ioannis bap-

Dies natalis

De iuramento.

Dilectio duplex.

Joanis sanctitas.

de eo: Inter natos mulierū nō surrexit maior ioāne baptista. Et dr notāter inter natos: ꝓpter beatā virginē mariā: q̄ est maior ⁊ sanctior ioāne: q̄ nata dicit ⁊ nō natus. Siliter dr: mulierū: ꝓpter christū q̄ est maior ioanne: vt testat de ipso. Qui post me venit maior me est. Ipse em̄ dr natus virginis ⁊ nō natus mulieris. Et ista maioritate ⁊ dignitate ioannes dr vicinꝰ christo. Christū ꝓ sponsum appellat autor: iuxta illud dauidicū: Tanq̄ spōsus de thalamo. Et interp̄tat sponsus q̄si caput ⁊ defensor totius eccl'ie.

Christꝰ sponsus.

Mensa duplex.

Notandū tertio. Autor cōparat duas mensas adinuicē. Una est mensa superbie ⁊ inanis glorie. de qua scribit Marcus euāgeli. q herodes fecit magnū cōuiuiū in memoriā sue natiuitatis. Et cū sedisset in mensa: p̄cepit sanctū ioannē decollare. Secūda mēsa est diuine glorie: quā christus preparauit. Prima mensa fuit causa interitus beati ioānis. Secunda mensa fuit causa ⁊ figura interitus christi. Prima est spernēda: qr interitus ioannis nō habuit sequelā glorie: qm̄ nō surrexit. Quāuis herodes tetrarcha cū famā audiret iesu christi: dixit pueris suis ⁊ discipulis: Hic est ioānes: ⁊ ipse resurrexit a mortuis. sicut legit in euāge. Math. Sed secūda mensa est adoptanda: qr interitū christi sequebat gl'iosa resurrectio: in cuius memoriā cōicamus de mēsa ipsius corpus dn̄i nr̄i iesu christi. Hoc autē festū decollatiōis bti Joannis q̄druplici causa celebrat. Primo ꝓpter eiꝰ decollationē: de qua hucusq̄ dictū est. Scdo ꝓpter ossiū ipsiꝰ cōcremationē: q̄ fuerūt hodie p ignē absumpta ⁊ cōcremata: sicq̄ secūdario est martyrizatus post mortē. Quā cōcremationē fecit iulianus apostata ꝓpter miracula q̄ fecit deus circa ossa bti ioannis. vt legit in gestis militū rhodiorū. Tertio ꝓpter capitis eius inuentionē. qr btūs ioannes cuidā monacho religioso ⁊ deū bene timēti viro sanctū hoc caput reuelauit. Vidit em̄ i somno monachus beatū ioannē q̄ ei dedit osculū: dicēs se de sebaste vrbe venisse: vbi ossa bti ioannis fuerūt cremata ⁊ adusta. Itē alia nocte excitatꝰ vidit stellā fulgētē: quā secutus venit ad locū vbi caput beati ioānis erat sepultū ⁊ ciliciis inuolutū. Quarto ꝓpter digiti ipsiꝰ translationē ⁊ eccl'ie dedicationē. qr digitus q̄ dn̄m mōstrauit ⁊ baptizauit cōburi non potuit. q̄ a p̄fato monacho raptus est. Quare dn̄s papa statuit vt hec dies celebris habeat p totū mundū.

Quare festū decollatiōis celebrat.

¶ In natiuitate beate Marie.

Stirpe maria regia procreata regē generans iesum.
Laude digna angelorū sanctorū. Et nos peccatores tibi deuotos intuere benigna.
Tu pios patrum mores ostentas in te: sed excellis eosdē.
Patris tui salomonis in te lucet sophia.
Et ezechie apud deum cor rectum: sed nunq̄ in te corrūpendum.

Patris iosie adimplevit te religiositas. Summi etiã pa-
triarche te fides totam possedit patris tui.

Sed quid nos istos recensemus heroas. Cũ tuus natus
omnes precellat illos atq; cunctos per orbem.

Nos hac die tibi gregatos serua virgo: in lucem mundi q̃
prodisti paritura celoꝝ lumen.

¶ In hoc cantico tangitur materia natiuitatis gloriose virginis Marie.
In quo cõmendat beatã virginẽ ex nobilitate sui generis: subinferens q̃n
dam petitionẽ. Scdõ cõmendat ipsam propter quedã opera gloriosa: cõ-
parando eam suis parentibꝫ p excessum. dicens ꝛc. ¶ Ordo. (O maria
procreata).i.genita(regia stirpe).i.de regali progenie (generans regem ie-
sum)existens(digna laude sctõꝝ angeloꝝ tu intuere).i.inspice (benigna) .i.
benigne ꝛ clemẽter(nos pctõres deuotos).i.deditos(tibi)O maria (tu ostẽ
tas).i.oñdis(in te pios).i.bonos(mores patrũ)scꝫ de quoꝝ stirpe es genita
(sed tu excellis).i.superas(eosdẽ).s.patres in moribus ꝛ multis alijs. Vñ
nunc eam specialiter p excellentiã cõmendat ex gloriosis parentibus: di-
cens: O virgo maria(sophia).i.sapientia(patris tui salomonis)illius regꝭ
ꝛ prophete(lucet).i. resplendet(in te: ꝛ rectum cor).i.prophetia(ezechie) vt
aliqui volunt(apud deũ).s.lucet in te(sed).s.illud tuũ cor(nunq̃ꝫ).s. est (cor
rumpendũ in te) s.a rectitudine vite ꝛ iusticia que est in te flectendũ. (Et
religiositas).i.deuota religio(patris iosie).s lucens in te(adimpleuit te: et
fides)abrae(summi patriarche)illius qui deo credidit: ꝛ reputatũ est ei ad
iusticiã(possedit te totã).s.fides inquã eius(patris tui)habitat in te.(Sed)
o maria(quid).i.ꝓpter quid(nos recẽsemus) i.enumeramus (istos heroas)
.i.dños nobiles ꝛ antiquos patres(cum).i.ex quo(tuus natus).i. filiꝰ iesus
christus(p̃cellat).i.exuperet(illos omnes: atq; cunctos)etiã (per orbẽ).i. in
toto mundo ꝛ p vniuersum seculũ. O virgo maria(tu serua).i. custodi ab
omni malo(nos gregatos).i.cõgregatos(tibi hac die).i.in hac die(qua)scꝫ
die(prodisti).i.exiuisti(in lucem mundi)scꝫ naꝫ hodie nata es (paritura).i.
genitura vel vt pareres(lumen celoꝝ).i. christũ qui est lux mundi ꝛc.

¶ Vocabula. Stirps femininũ nomẽ ſcat ꝓgeniẽ atq; ꝓsapiam. Ver
gi. Heu stirpem inuisam. Sed q̃n ponit᷑ masculini generis: tunc est trun-
cus vel radix. Vñ: Hec stirps progenies: hic stirps in arbore ramus.
Regius a rex est adiectiuũ. Sed regio substantiuũ ſcat regis ꝓuinciaꝫ.
Excello verbum tertij ordinis habet in preterito extuli: ꝛ ſcat superare.
Intuere penultima correpta legẽdũ est: quia est impatiuus ab intuor: cuiꝰ
infinitiuus est intui: licet tuor facit tueri ſm grãmaticos. Sophia grece:
sapiẽtia latine: hꝫ penultimã breuẽ. Iosias fuit optimus rex hierl'm ꝛ re-
ligiosus. Ezechias rex hierl'm primo valde bonꝰ fuit ꝛ postea deprauatꝰ
vt Sebasti. Brant clare ꝑscripsit in sua hierosolyma a nobis vulgarisata
Quare quidã libri habẽt in textu cor rectũ: ꝛ alij corruptũ. Et vtrũq; bene
est: q̃m ezechias primo habuit cor rectũ: postea ꝟo corruptũ. vt diximus.

Recenseo verbū ꝑcat indicare ꝛ numerare ac cōputare. Sic sumiꝛ in lib. Regū: Recensui oīa q̄ fecit Amelech. Heros grece dꝛ magnus ꝑnceps vel dn̄s latine: habet in gtō herois: accō heroa: ꝛ accō plurali heroas. Et habet o ꝓductū. Bapti. Mantua. Effigies herois erat q̄ fortibꝫ armis. Statius. Gaudētes heroa ferunt. Virgi. Delectos heroas erūt etiā altera bella. Gregatus participiū a passiuo gregor: qđ a grex descēdit. Prodire ꝑcat ꝓcedere: a pro ꝛ eo. Ouidius. Prodit anus diuāq̄ videt.

¶ Notabilia. Notandū pmo. Eccłia christiana solēnizat tres natiuitates scꝫ christi: virginis glōse ꝛ btī ioannis baptiste. q̄ designant tres sp̄uales natiuitates. qꝛ cū ioanne nascimur in aqua: cū maria in penitētia: cū christo nascimur in grā. Sed qꝛ in adultis oportet p̄cedere natiuitatē baptismi cōtritionē ꝛ gratiā: ideo ille due natiuitates habent vigilias. Octauas ꝟo habēt oēs. qꝛ oēs ad octauā resurrectiōis anhelamus. Scribiꝛ eī̄. iiij. Regū. Cū venisset arca federis dn̄i in castra: vociferata est oīs israel clamore grandi. In quibꝫ verbis beata virgo cōmēdaꝛ quadrifariā. Primo: qꝛ ꝑ ipsam diabolus eijciꝛ. cū diciꝛ: cū venisset arca. Scđo impiꝰ ꝯuertiꝛ. cū dꝛ: arca federis. Tertio ꝑ ipsam iustus benediciꝛ. cū diciꝛ: federis dn̄i. Quarto ꝑ ipsam saluandus introduciꝛ. cū dꝛ: in castra. Vn̄ hec arca est ipsa virgo gloriosa. de qua dicit Ps̄. Surge dn̄e in requiē tuā: tu ꝛ arca sanctificatiōis tue. Hec eī̄ arca venit in castra militie p̄sentis vite: q̄ꝫdiu eī̄ viuimus q̄si in castris militamus. Vn̄ Job: Militia est vita hoīs super terrā. Quare huius arce prima cōmēdatio figurata est. j. Regū. vbi legiꝛ ꝙ Dagon ꝑ arcā deiectus est: caput ꝛ manus eius abscisi sunt. Dagon interpretaꝛ piscis iniquus: ꝛ ꝑcat diabolū. Hic est ille piscis q̄ tobiā pedes lauantē deuorare voluit. qꝛ diabolus eos q̄ se a pctīs lauāt valde ꝓsequiꝛ: sꝫ sepe ꝑ arcā dei. i. ꝑ mariā educiꝛ ꝛ fugaꝛ. Secundū figuratū est Josue. vj. vbi legiꝛ ꝙ arca circuibat ciuitatē hiericho q̄libet die semel: sed septio die muri hiericho corruerūt: ꝛ ciuitas gladio ꝛ igne est exterminata. Vn̄ ciuitas hiericho est cōscientia peccatrix: cuiꝰ murus est cōsuetudo peccandi. Qui ergo voluerit murū male ꝯsuetudinis subruere: ꝛ vitia cordis destruere: debet benedictā arcā scꝫ mariā corde suo septies in die circumferre. Primo ipsam rogando: scđo vocando: tertio collaudando: q̄rto ieiunādo quinto pauperibꝫ subueniēdo: sexto ceremonijs ipsam specialiter venerando: septimo eius exēpla imitando. Tertiū est figuratū Regū. vij. vbi legiꝛ ꝙ dn̄s bn̄dixit obededon: ꝛ domus eius ꝓpter arcā est impleta. Obededō interpretaꝛ q̄si seruiēs rufo: ꝛ ꝑcat quēlibet fidelē seruientē illi rufo: de q̄ diciꝛ in Can̄. Dilectus meus candidus ꝛ rubicūdus. s. ꝑ sanguinē effusum ī ara crucis. Tali eī̄ seruiēs bn̄diciꝛ ꝑ arcā. i. ꝑ beatā virginē: cuiꝰ bn̄dictio est in omnibꝫ copiosa. Vn̄ Anshel. O virgo benedicta semp: ꝑ cuiꝰ bn̄dictionē bn̄diciꝛ oīs creatura. Quartū figuratū est Josue. vbi dꝛ ꝙ arca veniente ad iordanē fluuius diuisus est: ꝛ populus transiuit in terrā ꝓmissionis. Jordanis interp̄taꝛ fluuius iudicij. Vn̄ saluus est q̄ ī fluuio iudicij nō fuit submersus. Qui ḡ voluerit euadere sequaꝛ arcā. i. virginē Mariā. vn̄ Bern̄. Mariā sequēs nō deuias: ipsam rogitans nō desperas: ipsam cogitans non erras: ipsa tenente non corruis: ipsa protegente non metuis: ipsa duce nō fatigeris. Et qꝛ btā virgo tā cōmēdabilis esse ꝓbaꝛ: ideo hec se-

Natiuitates tres.

Sermo de btā virgine.

Maria cōparaꝛ arce.

quentia in eius laudē est cōpilata. Notandū scdo. Beata virgo cōmen
dat ex gloriosis parentib: quos imitata est in virtutib. Habuit em̄ lineaz
cōsanguinitatis gloriosam. sicuti patet in ipsi⁹ genealogia: quā describit
Damascenus: ꝛ in rōnali diuinoꝝ enumerat. Ipsa em̄ est orta de tribu ies
se: cuius virga floruit in generosa ꝓpagatione. Ab ipso em̄ regnū sumpsit
exordiū: nā filius eius dauid primo vnctus erat: iuxta illud: Inueni dauid
seruū meū: oleo scō vnxi eū. Sed si obijcit: q in stemmate virginis marie
multi legunt nō virtuosi. q2 roboam filius salomonis insipiēter egit: ꝛ plu
res mulieres reprobate in genealogia ei⁹ inueniunt: sicut thamar: ruth ꝛc.
Hoc dictū soluit btūs Augustin⁹ sic. Ex q̄ virgo gloriosa in salutē pctōꝝ
venerat in mundum: ideo etiā in genealogia eius pctōres habere voluit ꝛ
peccatrices. Nam Hierony. scribēs historiā btē Marie dicit. Uir erat io Natiuitas
achim de galilea in ciuitate nazareth: q̄ duxit vxorē de bethleē noīe annā: Marie.
qui ambo iusti erant: ꝛ in mandatis dn̄i ambulantes. Hi totā suā substan
tiā bonoꝝ oīm trifariā diuisere. Unā partē ad templū ꝛ seruitorib templi
impendebant. Aliā peregrinis ꝛ pauperib aduenīētib erogauerūt. Ter
tiā sibi ꝛ familie sue in vsus q̄tidianos seruauerūt. Hi ꝑ viginti annos co
habitabant prolē nō habentes. Quare dn̄o votū fecerūt: vt si ipsis prolez
daret ipm̄ seruitio dei vellent mancipare. Propter qđ singulis annis trib
p̄cipuis festis hierosolymā venerūt: ꝛ a dn̄o sobolē petierunt. In festo igit
encenīaꝝ: hoc est innouationis tēpli ioachim ad hierl̄m veniēs oblationez
facturus: a sacerdote indignanter expulsus est. q̄ dixit ei: Nō est cōueniēs
maledictū in lege obnoxiā offerre oblationē: nec est cōueniēs in lege inter
fecundos infecundū stare. Joachim igit cū nimio pudore timēs se ab alijs
qui a sacerdote opprobriū audiebant derideri: secessit ad pastores suos. ꝛ
cū ibi aliq̄diu mansisset: eo solo existente apparuit ei angelus dn̄i dicens:
Ego sum angelus dn̄i: ꝛ veni nūciare p̄ces tuas exauditas ꝛ elemosynas
tuas ad dn̄m cōscendisse. Un̄ anna vxor tua pariet tibi filiā: ꝛ hec erit ser
uitijs dn̄i cōsecrata: sicut votū fecisti. Nō erit inter populares: sed in tēplo
dn̄i manebit. Et sicut ipsa mirabiliter ex semine sterili nascet: sic ipsa mi
rifice pariet deū saluatorē sine virili cōmixtione. Et erit hoc tibi signū: cū
veneris hierl̄m vxor tua anna obuiā tibi dabit circa portā aureā: q̄ solicita
est de absentia tua: tunc aūt gaudebit de aduentu tuo. His dictis angel⁹
disparuit: ꝛ venit ad vxorē ioachim: ꝛ ibidē sibi nuncians dixit ei: vt trib
festis p̄cipuis iret ad portā q̄ aurea dr: q2 ioachim veniet. Anna igit dans
obuiā sibi iuxta portā cōuenerūt simul: ꝛ cōuersi sunt: securi de ꝓmisso an
geli. Igit anna cōcepit filiā: ꝛ vocauit nomen eius mariā. Que cū triū an
noꝝ esset ꝛ ablactata fuisset: a parētib ī tēplū dn̄i offerebat. Fuit aūt ascē
sus ad templū ꝑ. xv. gradus: ꝛ virgo gloriosa in vltimo cōstituta ꝑ oēs gra
dus ascendit: nullo assistente duce: acsi ꝑfecte fuisset etatis. Un̄ nota q olī Reuelatio
in primitiua eccl̄ia natiuitas virginis gloriose latuit: q̄ sic est manifestata. natiuitatis.
Quidā vir sanctus sedule cōtemplationis sexto idus septēbris magnā io
cūditatē angeloꝝ audiuit. q̄ cū a dn̄o peteret vt sibi reuelaret quare singu
lis annis hoc die tantā iocunditatē angeloꝝ audiret: tibi respōsuz est: q ho
die gl̄iosa virgo nata esset. Qui hanc reuelationē sanctis pontificib ape
ruit. Hi ieiunijs ꝛ orationib insistētes ex diuina reuelatōe hunc diē in ho

norē beate virginis Marie natiuitatis celebrare statuerunt. Notandū
De patribus Marie. tertio. Reges ⁊ patriarche dicunt᷑ patres beate virginis largo modo:sicut
etiā linea cōsanguinitatis incipit᷑ ⁊ terminat᷑ in cōiuncto gradu: nā vltra
nō datur respectus parentele. Sed tñ beata virgo cōmēdat᷑ ex istis dupl'r
Primo ex virtutū largitudine:q̄ꝛ a principio creationis mūdi ex illis ꝓces
sit parentib9. Scđo cōmendat᷑ ex morū silitudie:q̄ꝛ oēs virtutes patrū in
ipsa integraliter sunt collecte. Beata em̄ virgo maria habuit cōplete sa-
pientiā salomonis. Postq̄ȝ em̄ salomon expertus esset de om̄ib9 q̄ sunt sub
sole: ⁊ vidisset in eis vanitatē ⁊ afflictionē:dedit cor suū sapiētie: ⁊ factus
est sapiētissimus hoīm. sicut testat᷑ Eccs. Sic etiā beata virgo oīa gaudia
Ezechias rex. mundana respuit tanq̄ȝ vana. De Ezechia aūt legit᷑ in lib. Re. ꝙ cū egro-
taret vsq̄ȝ ad mortē:introiuit ad eū esaias filius amos:dicēs: Dispone do
mui tue:q̄ꝛ morieris ⁊ nō viues. Et cōuertit se ezechias cū fletu dicēs: Ob
secro dñe memento quō ambulaui corā te corde ꝑfecto: ⁊ qđ bonū erat in
oculis tuis feceram. Adiecit dñs sup dies eius multos annos.s.xv. Ecce
quō cōfitet᷑ se habuisse ꝑfectū cor ⁊ rectū:attñ cordis eius fortitudo est fi
nita. Vñ legit᷑ Esa.iij. Postq̄ȝ ezechias ꝯualuit de infirmitate: nabucho-
donosor rex babylonis misit ad eū nūcios suos cū munerib9: cōgaudēs ei
q̄ꝛ cōualuisset. Et ezechias gauisus ondit nunciis oīa ornamenta templi.
Et iratus est dñs cōtra eū: ⁊ misit esaiā ꝓphetā dicentē ei: Quia ostēdisti
ornamenta tēpli nunciis regis babylonis:ecce oīa hec ducent᷑ in babylonē
Rñdit ei ezechias: Dñs qđ bonū est in oculis suis faciet:fiat tñ pax in di
ebus meis. Et sic cor eius est corruptū:q̄ꝛ dñm irritauit:ornamēta templi
Josias rex ostendendo gentilib9. De Josia aūt legit᷑ Regū.iiij. ꝙ cū esset electus rex:
egit in omnib9 virtuose ⁊ religiose vltra oēs reges qui ante eū erant in hie
rusalem. Abstulit em̄ idola de domo dñi: ⁊ ambulauit in om̄ib9 viis patris
sui dauid. Et oēs virtutes eius in beata virgine Maria fuerunt perfecte:
Abraā patriarcha. Abraam aūt summus patriarcha dicit᷑ pater fidei. Nam primo incepit fi-
dē in circūcisione isaac. Vñ apl's. Abraā credidit deo: ⁊ reputatum est ei
ad iusticiā. Hec etiā fides possidebat beatā virginē:qm̄ in ipsa sumpserat
supplementū. Nam priusq̄ȝ venierat fides: sub lege custodiebant᷑ cōclusi
in ea fide que reuelāda erat in christo iesu dño nr̄o: vt dicit apl's ad Gal.
iiij. Quare autor cōparat virginē gloriosam ad parētes ꝑ excessum. Nam
Error barbarorum. ꝑ talē excellentiā destruit᷑ barbaroꝝ error:qui dixerūt ꝙ impossibile est ſm
naturā ꝙ homo ꝓficiat ⁊ trāseat de virtute in virtutē: ⁊ sic ad talē gradū
ꝑueniat vt reddat᷑ omnino impeccabilis. Quia inde sequeret᷑ ꝙ aliq̄s hō
posset inueniri ꝑfectior christo. Sed iste error dānatus est in clementinis:
⁊ destruit᷑ hic in littera. q̄ꝛ filius hominis gloriose p̄cellit omnes patres: et
nō solū patres:imo oēs hoīes ꝑ totū vniuersum. Et ex q̄ ipsa est mater tāti
filii:tunc merito fit ad eam petitio. Nam ipsa est benignissima ad audien
dū:promptissima ad cōsiliandū:dulcissima ad interueniendū. vt ptȝ in ei9
De R. Gaude maria. miraculis. Legit᷑ em̄ ꝙ quidā sacerdos seu clericus deuotus circa dolorē
quinq̄ȝ vulnerū christi mariā quotidie cōsolare studebat:dicēs: Gaude q̄
ab angelo gaudiū suscepisti:gaude que genuisti eterni luminis claritatē.
Gaude mater sancta dei virgo:tu sola mater innupta. Te laudat omnis
creatura:genitrix lucis sis pro nobis perpetua interuentrix. Clericus ille

cũ nimio dolore ꝛ languore torqueret in extremis: pauere ꝛ trepidare incepit. cui virgo maria apparuit dicens: Cur in tanto dolore trepidas qui totiens gaudiũ mihi nunciasti: gaude ꝛ tu: quia eternaliter mecũ viues. Ueni dilecte mi: veni coronaberis. Hec dicẽs expirauit: cuius aĩa ducta est in chorum angelorum ꝛ celestium. Ad quam nos perducat mater virgo illibata. Amen.

¶ In festo Michaelis archangeli

Sequentia.

Summi regis archangele michael: Intende quesumus nostris precibus.

Te nãq3 profitemur esse supernorum ciuium principem. Tu deũ obsecra pro nobis: vt mittat auxiliũ miseris.

Principalis est potestas a domino tibi data: peccantes saluifacere animas. Idem tenes perpetui potentiã paradisi omnes ciues te adorant superi.

Tu in templo dei thuribulum aureum visus es habuisse manibus. Inde scandens vapor aromate plurimo peruenit ante conspectum dei.

oriundus fuit. Sed intra italiā papie alitus: cū patre suo tribuno militū
sub cōstantino ꝛ iuliano cesare militauit. Nō tn̄ sponte: qꝛ ab infantia sua
diuinitus inspiratus est. Cū esset annoꝝ. xij. ad ecclesiā cōfluxit: cathecumi
num se fieri postulauit. Hic matrē suā cōuertit: pater ꝟo in errore pmāsit.
Hic etiā quendā cathecuminū qui sine baptismo obijt: sua oratiōe ad vi
tam pristinā reuocauit. Itē aliū q̄ fuit illaqueatus vite restituit. Tertium
ꝑ quo mater eius exorauit btūs martinus in medio campi resuscitauit. qđ
videntes multi gentiles cōuersi sunt ad fidē christianā. Quare btūs mar
tinus fuit magne cōpassionis erga delinquentes: ꝛ oēs penitere volentes
summa cōpassione recipiebat. Vn̄ cū diabolus eū reprehenderet: cur pec
catores ad penitentiā reciperet: rn̄dit ei. Si tuipse o miserabilis desisteres
ab infestatione hoīm: ꝛ te factoꝝ tuoꝝ peniteret: ego cōfisus in dn̄o miseri
cordiā dei pollicerer. Erat etiā magne pietatis erga paupes. Legitꝛ em̄ in
Cathalogo: ꝙ btūs martinus archidiacono p̄cepit vt egenū vestiret. Sz

cū hoc ille facere distulisset: ingressus martin⁹ secretū suū tunicā exuebat ꝓpriā: ꝛ illi egeno tribuit: atq3 abire iussit. Eodem tpe alteri pauperi dimidiū palliū dedit. In eodē pallio christus visus est ab angelis: ꝛ audit⁹ dicere: Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. De gallia ꝑo sciēdū q ea regio ſm historiographos est tripertita. Una vocat italia Secūda pannonia. Tertia thurona. Similiter duplex est francia. Quedam magna ꝛ occidētalis: cuius princeps est rex francie. Et ei⁹ inhabitatores dicunt francigene. Cuius regalis sedes est in ciuitate parrhisioꝝ. Alia ē francia parua oriētalis: iuxta tharingā cōstituta. Cui⁹ principes sunt alemāni: maxime eps herbipolensis. Et eius inhabitatores dicunt franci ꝛc. Sed de his vide vocabula pri⁹ posita: vbi verior habet declaratio hoꝝ.

Nam febres sedat: demonesq3 fugat: paralitica membra glutinat. Et mortuoꝝ sua prece trium reddit corpora vite pristine.

Hic ritus sacrilegos destruit: ad christi gloriā dat ignib⁹ idola. Hic nudis mysteria brachijs conficiens preditus est celesti lumine.

Hic oculis atq3 manibus in celū ꝛ totis viribus suspensus terrena cuncta respuit. Eius ori nunq̄ christus abfuit sine iusticia: vel quicquid ad veram vitā pertinet.

Igitur te cuncti poscimus o martine: qui multa mira hic ostendisti: Etiā de celo gratiā christi nobis supplicatu tuo semper infundas.

¶ Ad verificandū superius dicta, adducit exempla: dicēs. ¶ Ordo. (Nam) ꝑ quia btūs martinus (sedat). i. amouet ꝛ expellit (febres). s. acutas infirmitates caloris ꝛ frigoris (ꝛ fugat). i. expellit (demones). i. diabolos (ꝛ glutinat). i. sanat (ac cōbinat). i. cōiungit ꝛ solidat (paralitica mēbra). i. organa ꝛ articulos hoim paralysi solutos ꝛ mollificatos. s. redendo eis sanitatē ꝛ pristinū vsum. Et ipe btūs martinus (reddit). i. restituit (sua ꝑce): i. ꝑ suas orationes (corpa). i, cadauera (triū mortuoꝝ). i. defunctoꝝ (pristine vite). i. ad vitā priorē: q2 sua prece tres mortuos suscitauit. Et (hic) sanct⁹ eps (destruit). i. annihilat rūpit ꝛ frangit (sacrilegos ritus). i. hereticas prauitates. hoc est: cōuertit infideles ad fidē catholicā quib⁹ ꝑdicauit (ꝛ dat) scz ad cōburendū (idola). i. imagines idoloꝝ ꝛ demonū (ignib⁹). i. flammis (ad gloriā). i. laudē ꝛ honorē (christi). i. oipotētis dei: q2 ipse cōbussit idola ꝛ deos argenteos: opera manuū hominū igne absumpsit: ꝛ edificauit ecclesias ad laudē veri ꝛ eterni dei. Et (hic). s. sctūs martinus (cōficiēs). i. cōsecrans (nudis brachijs). i. manib⁹ (mysteria). i. sacramēta altaris (preditus

.i.cir cūdatus(celesti lumine).i.claritate dei. Nāq3 dum diuina celebraret globus igneus apparuit sup caput eius. Quare nūc cōmendat beatū martinū de sanctitate vite cū directiōe petitionis:dicens(Hic)sctūs martinus (suspensus).i.eleuatus(oculis)s.interioribꝰ cordis (ac manibꝰ).i. opatiōibꝰ suis exterioribꝰ(⁊ totis viribꝰ).i.omnibꝰ potētijs(in celū).i.in deū ⁊ ecclesiā eius(ac respuit).i.spreuit ⁊ cōtempsit(cūcta terrena).i.oīa mūdana.s. diuitias mundi ⁊ oēm pompā ac honorē mundi.(Christus).s.iesus ⁊ saluator (nunq̄3).i.nullo tpe(abfuit).i.defuit(ori eius).i.palato sancti martini: qꝛ oī tpe orauit ⁊ iusticiā locutus est ⁊ p̄dicauit(siue p iusticia).s.dei(vel q̇cq̇d) .i.omne id qđ(ptinet).i.spectat(ad verā vitā) sc3 cōtemplatiuā vel eternā: (Igitur).i.ideo(o martine).i.btē patrone ⁊ pōtifex(nos cūcti).s.hoīes christiani(poscimus).i.rogamus ⁊ dep̄camur(te:vt).i.ꝙ tu(qui ostēdisti).i.demōstrasti(hic).s.in p̄senti seclo(multa mira).i.plurima miracula ⁊ signa (etiā) .i.et(tu infundas).i.donare ⁊ cōcedere velis(semp) .i.continue ⁊ omni tpe (nobis).s.hominibꝰ christianis(te collaudantes).i.cōcinētes(tuo supplicatu).i.interuenientibꝰ tuis p̄cibꝰ(gratiā).i.misericordiā ⁊ fauorē(christi).s.iesu dei omnipotētis(de celo).i.de regno celoꝝ. ¶ Uocabula. Sedare ē facere sedere:vel quietū facere seu pacificare ⁊ determinare:vt discordia illoꝝ est sedata. Gluten est viscus:lym. Inde glutinare cōiungere: ⁊ conglutinare signat cōsolidare. Sacrilegus dr q̄si sacra legens.i.furās. Et ponitur p impio ⁊ infideli. Ritus.i.mos vel cōsuetudo. Suspensus signat qn̄q3 gehangē:qn̄q3 eleuatus:vt hic.qn̄q3 est idē qđ dubius. Uergi. Dicam equidē nec te suspensum nate tenebo. Respuit verbū transitiuū tertij ordinis:cōpositū a re ⁊ spuo:qđ signat spernere. Absu3 verbū neutrale note significationis. De q̊ vide Calepinū. ¶ Notabilia. Notandū. Autor comendat beatū Martinū in quinq3 virtutibꝰ. Primo in curatiōe febriū: qꝛ legitur ꝙ multos infirmos a febribꝰ curauit:imo hodierna die adhuc sepulchrū eius visitantes a tali infirmitate meritis sancti martini curantur. Scđo cōmendat eū a fuga spirituū malignoꝝ. Nā legitur:quodā tpe cū primo fuit ordinatus ep̄s exiuit ecclesiā:vidēs hominē obsessum trementē et insanientē:q̄ q̄si de spuma oris sui fuisset suffocatus. Quē btūs martinus tangens cū baculo suo dixit: Nō dn̄etur tibi iniquitas tua neq3 diabolica potestas:surge ⁊ ambula in pace. Ad hec verba homo statim surrexit:cūctis videntibꝰ ⁊ audientibꝰ ab eo cū magno rugitu recessit. Itē legitur ꝙ quadā vice beatus martinus cū suis socijs transiuit ⁊ orauit: occurrūt eis vacce cū nimio impetu.q̄ antea multos cornibꝰ suis offenderāt. Btūs martinus aspiciens vidit diabolū supra dorsum vnius vacce ipsas agitātē:⁊ statuit ipm a dorso vacce recedere:q̄ statim ad vocē eius recessit. Tertio cōmendat eū a paralyticoꝝ cura. Nam paralysis est quedā infirmitas dissoluēs membra hoīm:⁊ impediēs gressum. De illis legitur ꝙ beatus ep̄s martinus multos curauit. Nam post eius obitū fuerūt duo socij: vnꝰ claudus: alter paralyticus.q̄ mēdicando ⁊ p̄dicando magnā pecuniā acquirebant. Audientes vero ꝙ corpus sancti martini multos infirmos sanaret:cū in trāslatione corpus eius pcessionaliter ad ecclesiā duceretur:timere ceperūt:ne p̄dictū corpus ante hospitiū eoꝝ deferretur:⁊ sic curarentur. Nolebant em̄ cōsequi sanitatē:ne pderent materiā sui lucri. Quapropter de illo suo antiq̄

De virtutibꝰ ⁊ miraculis btī Martini

hospitio fugiētes aliā plateā euntes: corpori eius ex improuiso obuiabāt Et sic ambo cōtra eoꝝ voluntatē sunt curati: licet dolerent multum ⁊ tristarent. Notandū scdō. Cū beatus Martinus senio grauaretur semper oculos leuauit in celū: iuxta dictū Psalmiste: Ad te leuaui oculos meos q̄ habitas in celis. licet ex senio iam esset incuruatus ⁊ ad terrā inclinatus Vñ habuit quendam archidiaconū qui sepius beatū virum derisit: cum iustissime ⁊ castissime viueret. Vñ contigit quodā tempore ꝙ quidam cupiens loqui beato Martino petijt signū a Briccio archidiacono per qđ sanctū Martinū inueniret atqꝫ cognosceret. Dixit Briccius: Cū videris virum annosum curuum ⁊ canum: in facie rugosum: sursum aspicientem: hic est Martinus episcopus. Statim cū hec verba dixisset: sonuerunt in auribus beati Martini: tanqꝫ si aliquis prope eum locutus fuisset: q̄uis valde longe ab eo erat. Postmodū cum beatus Martinus ad Briccium venit: dixit ei: Quare talia verba dixisti me deridendo? Quod Briccius negauit. Cui beatus Martinus dixit: Vox tua sonuit in auribꝰ meis: qꝛ fecisti. Ecce post me episcopatum tenebis: Sed huius derisionis vindictaꝫ a deo recipies. Defuncto em̄ Martino beatus Briccius electus est in episcopū: vixit em̄ iustissime ⁊ castissime. Nam cum beatus Martinus occubuisset: tam pannonici q̄ꝫ thuronici ad eius transitū cōuenerūt. Quo migrante grandis altercatio inter vtrūqꝫ surrexit populum. Dicebant em̄ pannonici: Noster est monachus: ⁊ ergo ipsum requirimus. quia sufficit vobis: dum esset in mundo: vsi fuistis eius colloquio ⁊ participastis cōuiuio. Informati em̄ fuistis eius exemplo ⁊ virtutibus iocundati. Sufficiant vobis hec omnia: nobis aūt corpus ipsius. Ad hoc thuronici responderunt: Scitote ꝙ vobis suscitauit duos mortuos: nobis vnum: ⁊ plures virtutes fecit vobiscum q̄ꝫ nobiscum. Ergo necesse est ꝙ quod nobis non impleuit viuens impleat defunctus. His igitur litigantibus mox claudit corpus: ⁊ in medio positum ab vtroqꝫ populo custoditur. Deinde media nocte deo volente omnes pannonici obdormierunt. Quod videntes thuronici: comprehensi sanctissimū corpus per fenestram eijciunt: ⁊ alij foris suscipiunt. Quod positum in naui: cum omni populo per fluuium descedunt. Ingressiqꝫ littoris alueum vrbem thuronicam magnis psallentium laudibus iter dirigunt: ⁊ sanctissimum corpus ad sepeliendū ducunt: vbi hodierna luce multis miraculis claret ⁊c.

Exemplū de btō Briccio

Mors ⁊ sepultura beati Martini.

¶De sancto Lebuino episcopo Sequentia.

LEbuine confessor precellens flos: qui polorum regna scandis ardua. Linquens orbem validorum corplenum potasti morū: tu pandis miracula.

scz in ara crucis torrida(q) .i.vt (verus plasmator) .i.creator omnipotens (tollat).i.deleat(crimina).i.pctā z delicta nostra cōmissa:z q ipse (validus herus).i.potētissimus dn̄s(disponat).i.ordinet(puras mentes).s.nostras:h̄ est pparet z faciat atq₃ emundet nos ab oib₉ pctis. Amen. ¶ Vocabula. Cello est verbū inusitatū:z sc̄at id qd̄ cedo. Inde excello.i.excedo:z p̄cello.i.p̄cedo. Validus.i.fortis. Sed hic p viuis accipit̄. Inde inualidus .i.infirmus. Pandere est aperire. Vergi. Vrbē alij reserare iubent z pandere portas. Traijcere est transferre p fluuiū. Inde traiectus dr̄ loc⁹ vbi hoies z quecūq₃ res traijciunt̄.teuto.ein fare. Ex hoc etiā vrbs traiectum denominatū creditur. Cis z citra sc̄ant ab hac parte vl' prope. Sed cis iungit̄ nominib₉ ppriis:vt cis rhenū. Citra pro appellatiuis. Vitiosus.i. defectuosus z morbosus. Diffido.i.nō fido vel nō credo. Ouidius: Diffidūt monitis zc̄. Presbyteros grece dr̄ senior latine. Inde presbyter p sacerdote capit̄:qui vt coiter seniores esse debent in vita z moribus: vt ait Rabanus in de institutiōe clericoꝝ. Meare est transire. Inde meatus.i. transitus. Migrare est mutare habitationē:vel alio pficisci causa habitandi. Vn̄ z moriens migrare dr̄:vt testat̄ Cicero in Scipionis somnio. Oraculū ponit̄ hic p oratorio: cū ppie sit diuina vox. Vide Macrobiū in Scipionē. Herus est dn̄s:z hera est dn̄a. Inde herilis.i.dn̄icus:dictio apud comicos vsitata z frequens.

¶ De sancta Helisabet Sequētia.

Gaude sion q egressus a te decor z depressus tui fulgor speculi Rediuiua luce redit:o alpha qd̄ accedit iam in fine seculi.

Poma primi primitiuos deus sanctos adhuc viuos vidit in cacumine. Ut extremos addat primis: q̄uis stantes nos in imis visit lumine.

Sed pre multis te respexit:odor tuus hūc allexit z sapor z puritas. Que de regum ramis nata:iuste vere sis vocata tu dei saturitas.

Gaudent astra matutina:q in hora vespertina ortu noui sideris Celi sidus illustrat̄:in q̄ terre designat̄ noui signum federis.

¶ Istud canticū ob laudē z honorē sctē Helisabet cōpilatū diuidit̄ in partes p̄ncipales q̄tuor. In p̄ma hortat̄ sanctā ecclesiā ad cōgaudendū in h̄ festo. Scd̄o cōparat beatā helisabet ad alios sctōs penes excellētiā. Tertio cōmēdat beatā helisabet de virtute miraculoꝝ. Quarto dirigit petitio

nem ad eand ẽ. Dicens. ¶ Oꝛdo. (O sion).i.aĩa fidelis vel sctã eccl'ia (tu gaude).s.ꝓpter hoc(ꝙ decoꝛ).i.pulchꝛitudo(egressus).s.exiuit (a te:⁊ fulgoꝛ).i.splendoꝛ(tui speculi).i.speculatio(depꝛessus).i.elisus amissus et compꝛessus(redit).i.iterato venit ⁊ reuertit̃(rediuiua luce).i. pulcherrimo splẽdoꝛe(qđ).s.speculũ existẽs chꝛistus q̇ est(alpha).i.ꝑncipiũ(⁊ o). i.finis oĩm rerũ(accedit).i.visitat(iam).i.nunc(in fine).i.termino(seculi).i.mundi. Vñ nũc cõparat beatã helisabet ad alios sctõs ⁊ electos dei penes excellentiã:ꝗ̃tum ad gaudia supernoꝝ eũ cõmẽdans. Quare subdit (astra gaudent).i.celũ letat̃:qm̃ ipse(deus).i.saluatoꝛ(vidit).i.inspexit ⁊ cognouit(in cacumine).i.maiestate ⁊ gl'ia sua(pꝛimitiuos sctõs).i.oẽs electos dei (adhuc viuos).i.viuẽtes.s.in hoc mundo tanꝗ̃(pꝛima poma).i. angelos ꝑmo creatos.q.d:qñ deus creauit pꝛimũ hominẽ:iam cognouit in ꝓ̃destinatiõe oẽs sctõs ⁊ electos tam pꝛioꝛes ꝗ̃ posterioꝛes: qui fuerũt electi ad regna celoꝝ. Et ergo modo(ꝗ̃uis).i.licet nos simus(stantes).i.existẽtes(in imis).i.infimis.s.hic in terra:tñ ipse deus(visit).i.freq̃nter vidit ⁊ respexit vel visitauit(nos).s.hoĩes(suo lumine).i.ꝑ suã gratiã:hoc est ꝑ sanctã helisabet. Et hoc ideo(vt).i.ꝙ(ipse deus addat).i.cõiungat.s.nos (extremos).i.vltimos in fine seculi existẽtes(pꝛimis).s.angelis in regno celoꝝ. (Sed) o sctã helisabet chꝛistus(respexit).i.inspexit(te ꝑ̃ multis).s.alijs sanctis singulariter. Nã(odoꝛ tuus).i.bona fama tua ⁊ oꝑatio(allexit).i.attraxit(hunc)scilꝫ deũ(⁊ sapoꝛ).i.cõtemplatio(⁊ puritas).i.innocẽtia vite attraxit ⁊ cõmouit ac vocauit euꝫ ad te.qꝛ oꝛatio ⁊ discretio tua ac vidualis castitas attraxit deum:vt iugiter tecũ ꝑmaneret.(Tu em̃ es nata).i.genita (de ramis).i.ꝓgenie(regũ).i.de stirpe regali:⁊ tu btã helisabet etiã(iuste).i.merito(⁊ vere.i.veraciter(es vocata).i.nominata(saturitas).i.repletio(dei) omnipotẽtis qꝛ de plenitudine tue pietatis chꝛistus est sepe enutritus ⁊ satiatus: iuxta dictũ euangelij: Esuriui ⁊ cibasti me:nudus fui ⁊ vestisti me:sitiui ⁊ potũ dedisti mihi ⁊c̃. Nam(astra matutina).i.angeli in celo(gaudent).i.letantur (oꝛtu).i.ꝑ oꝛtũ(noui sideris).i.recentis astri:sancte scꝫ helisabet (qđ) sidus oꝛtũ est.i.apparuit pꝛimũ (in vespertina hoꝛa).i.in fine mundi ⁊ seculoꝝ (sidus).i.astrũ(celi).i.in celo(illustrat̃).i.illuminat̃(i q̊).s.sidere(terre).i.habitantiũ in terra(designat̃).i.setĩficat̃(signũ noui federis).i.noue ꝓmissiõis

¶ Vocabula. Sion accipit̃ h̃ ꝑ eccl'ia militãti:q̃ oli decoꝛata fuit multꝫ sctis:q̇ decoꝛ diu ꝑdituꝰ tãdẽ redijt ꝑ sanctã helisabet. Egressus ⁊ depssus ꝑticipia sunt ab egredioꝛ ⁊ depꝛimoꝛ. Rediuiuꝰ adiectiuũ a viuꝰ: vel vt aliq̇ volũt a ṽbo redeo:dꝛ illud qđ est redeũdũ. O ⁊ alpha dꝛ chꝛistus.i. finis ⁊ ꝑncipiũ oĩm reꝝ. Nã omega est vltima lr̃a grecoꝝ:alpha ṽo ꝑma:ꝑ quã ŝcat̃ ꝑncipiũ. O ṽo est figura circularis carẽs fine:qꝛ ꝑncipiũ ⁊ finẽ i vnũ ꝯiũgit.ꝑ qđ designat̃ ꝙ ip̃e deꝰ est finis ad quẽ oꝛdinant̃ oĩa. Pꝛimitiuꝰ adiectiuũ a pꝛimꝰ. Cacumẽ ŝcat sũmitatẽ arboꝛis:ꝗ̃uis trãssumit̃ ꝓ q̃libet sũmitate. Extremꝰ.i.vltimꝰ:suꝑlatiuꝰ est ab aduerbio extra ŝm aliq̃s. Sed multi ꝑ se volũt esse positiuũ:diciq̧ extremꝰ ioꝛ.issimus.q̃ dictiõe sepe vtit̃ Pliniꝰ. Imus.i.ꝓfundus vel infimꝰ. Viso est verbũ desideratiuũ tertij oꝛdinis. Allicio ṽbũ ꝯpositũ ex ad ⁊ liceo. Helisabet iterp̃tat̃ dei saturitas:qđ apte cõuenit huic sctissime vidue. Vespertinꝰ adiectiuũ est a vesper. Astra matutina dicunt̃ angeli: qm̃ ⁊ pulcherrimi sunt.

Sermo de beata helisabet

¶ Notabilia. Notandũ primo. Scribit in pverbijs ca. vltimo: Cõsiderauit dñs semitas domus sue: et panẽ ociosa nõ comedit. In quibus verbis beata Helizabet dupl'r cõmẽdat. Primo ex eius circũspecta opatione in periculis huius mundi. Scdo ex occupatiõe in aie sue cogitationibus. Primũ decclarat. qm̃ considerauit se: ab omnibus periculis anime et ab insidijs diaboli se reseruando. qr dicit btũs Grego. a malignis spiritibus custodem habere nõ sufficit: qui thesaurũ in via publice portat: iam abscondit vt cõseruetur. Ergo beata helisabet semitas sue domus cõsiderãs: thesaurum bone cõsciẽtie habuit abscõditũ: et caute ambulauit in hoc seculo: ne a malignis spiritibus posset spoliari. iuxta illud apl'i ad Rom. ca. ij. Videte quõ caute ambuletis: nõ q̃si insipientes: sed vt sapiẽtes. Vñ ipsa merito numerat inter sapiẽtes: q̃ habẽtes oleũ veniente sponso intrauerũt cũ eo ad nuptias. Deinde declarat secundũ. cũ dr: panẽ ociosa nõ comedit. Vbi sciẽdũ q duplex est panis. Corporalis scz et spũalis siue supsubstãtialis. Corporalis est q̃ reficit corpus. Supsubstãtialis seu spũalis: q̃ animã impinguescit. Et simr est duplex occupatio. Corpalis. s. q̃ designat p marthã que sollicita erat circa freqns ministeriũ: et vocat vita actiua. Alia est spiritualis: et designat p mariã: q̃ audiẽs verbũ dei optimã partẽ elegit: et vocat vita cõtemplatiua. Primũ panẽ comedit helisabet nõ ociosa: sed in pma occupatione. Nã de ea exponit illud pverbiũ: Manus eius apphẽderunt fusum: et panẽ suũ acquisiuit in labore. Juxta illud dictũ apl'i: Qui laborat mãducat. Et circa hunc panẽ habuit occupationẽ corporalẽ: pauperes colligendo: esuriẽtes et sitientes reficiẽdo: et omẽ opus miscdie impẽdendo. Etiã beata helisabet comedit secũdũ panẽ: p quo orat tota eccl'ia dei dicẽs: Panẽ nostrũ q̃tidianũ da nobis hodie. Hunc panẽ comedit nõ ociosa: sed cũ secũda occupatiõe comedit. qr omni tpe cogitauit ea q̃ dei sunt: sm doctrinã apl'i. Et sic elegit optimã partẽ: q̃ nõ aufert ab ea i sempiternũ. Vide de illo pane doctorẽ Joannẽ keyserſbergũ in suo sermone sup orationẽ dñicam. Et hec prima sentẽtia collecta est ex duabus pphetijs Hieremie. Prima scribit in lib. Treñ. Sic egressa est a filia sion oĩs decor eius. Scda scribit in vltima epl'a Hiere. vbi dr: Hier'lm indue te vestibus iocũditatis. Prima igit pphetia fuit miserie et lamẽtationis: qñ expugnata est ciuitas hierosolyma: et oĩs ppl's ductus est in captiuitatem: et nõ erat q̃ redimeret. Sed secũda fuit exultationis: qñ data est ɔsolatio vt rediret corona q̃ ceciderat de capite synagoge. Fuit g̃ ante tẽpus helisabet sion. i. sancta mater eccl'ia: sine decore speculatiõis. qr sion speculũ interpretat. Sed p aduentũ hui9 sancte vidue regressus est decor et speculũ eius: et tũc diuina potẽtia mundũ visitauit et c. Notandũ scdo. Pars huius sequentie secũda fundat sup parabolã q̃ scribit in euãge. Matth. qñ pater familias exijt primo mane cõducere oparios i vineã suã. Et collectis operarijs in diuersis horis diei: cũ sero factũ esset: iussit dare singulis singulos denarios: incipiẽs a nouissimis vsq ad primos. Iste paterfamilias est de9 gloriosus: q̃ in pncipio creationis mũdi exijt cõducere operarios in vineã suã: et simr exijt circa horã primã et tertiã: et deinceps sm cursuz diei. i. durationẽ mũdi. Sed cũ sero factũ esset. i. tpe retributionis: qñ vnicuiq dat sm opa sua. Qui tũc primi in hac vinea laborauerũt vocant sctĩ pmitiui:

Panis duplex.

Occupatio vite duplex.

Expositio euãgelij de patrefamilias et vinea.

quos visitauit dñs: dicens: Quid statis hic tota die ociosi? ite z vos in vi-neã meã zc. Hi etiã vocant poma pma. Nã primũ fructũ pduxerũt i hac vinea: sanctã ecclesiã dulcedine suoz pomoz reficiẽdo. Vñ eccl'ia magis cõfortata optauit aduentũ dñi: dicens: Veniet dilectus meus in hortum suũ: vt comedat fructus pomoz suoz. i. delectet in virtutib' electoz suoz: addendo extremos sctõs primis: z sic erũt nouissimi primi z primi nouissimi. Et inter tales electos sancta helisabet etiã enumerat. Vñ dicit: odor tuus. p quẽ intelligit fama bone vite: vl' virtuosa opatio. Quare ait in Cã-ticis: Et odor vestimentoz tuoz. De q̃ odore fame melioris dicit Salomon: Melius est nomen bonũ q̃ vngenta p̃ciosa. Et: In odore vngẽtoz tuoz currimus zc. Et Odor vngentoz tuoz sup oĩa aromata. Sed p sa-porẽ qui est obiectũ gustus: debet intelligi intrinseca cõtẽplatio: p quã gu-stat dulcedo bonitatz diuine. De qua dicit Ps. Gustate z videte: qm̃ sua-uis est dñs. Vñ btã Helisabet interp̃tat suauitas vel saturitas dei. Ipsa em̃ saturauit deũ: cũ pauperes dei cibauit z potauit: z ipsis alia opa mise-ricordie ministrauit. Ipsa em̃ nudos vestiuit: z vestimẽta eoz consuebat. Ipsa infirmoz imunditias velo pprio tersit. Ipsa funerib' paupez semp affuerat. Ipsa vela pauperib' mulierib' pprijs manib' parauit. Et ipa cir-ca pauperes in domib' existẽtes maximã solicitudinẽ habebat: z leprosos abluebat: z in lectu suo recũbere faciebat. Sic igit opa mĩsc'die pauperib' christi exhibuit: que sibi exhibita christus in euãgelio fatet: dicẽs: Qd' vni ex minimis meis fecistis: hoc mihi fecistis. Ergo helisabet bene interp̃tat saturitas dei.

Odor quid.

Sapor qd.

Helisabet quid.

Vere sidus tu preclarũ: qd' a sole differt parũ z luna lucidius. Tu q' sole sis amicta carne probat hic relicta lucis tue radius.

O q̃ dignis luces signis: vasa rapis a malignis possessa demonijs. Lepre mundas labe tactos: claudos ponis z cõtractos in pedum officijs.

Quod negatum est nature in victuris agis iure: z potes ex gratia. Vita functos tu reducis: cecis reddis membra lucis z membroz spatia.

Eya mater nos agnosce: libro vite nos deposce cũ electis inseri. Ut consortes tue sortis z a penis z a portis eruamur inferi.

¶ Cõtinuando sermonẽ p̃dictũ de laude beate helisabet dicit. ¶ Ordo: O sctã helisabet tu es (vere). i. veraciter (p̃clarũ). i. valde clarũ z plucidũ sidus). i. astrũ celeste (qd'). s. sidus (differt). i. distinguit (parũ). i. modicũ vel

quasi nihil(a sole).i.a tali planeta(⁊ es lucidius).i.clarius ⁊ splendidi⁹ q̃ (luna) Nā(radius).i.splendor(tue lucis).i.splendoris ⁊ illuminationis vel gratie.i. radius miraculoꝝ tuoꝝ(ꝓbat).i.manifestat(ꝙ tu).s.helisabet (sis amicta).i.circūdata(sole).i.gratia diuina:⁊ hoc(relicta carne).i.corpe(hic) .i.in h mundo.q.d.Sancti in celo letant in hoc ꝙ ipse christus existēs sidus celi exornat in vltima etate mundi ꝑ sanctitatē beate helisabet: tanq̃ ꝑ splendorē noue stelle.q: ꝑ ipsam toti mundo declarat gratia ⁊ repromissio dei quā fecit cū dixit: Nequaq̃ vltra maledicta terra ꝓpter hominem. Nā ꝙ beata helisabet est sidus p̄clarū:patet ꝑ virtuosas opationes ⁊ diuersa miracula q̃ christus fecerat ꝑ eam. Unde eā nūc cōmēdat dicens: O sctā helisabet tu(fulges).i.coruscas(q̃ dignis).i. valde dignis (signis) .i.miraculis:⁊ tu (rapis).i.liberas(obsessa vasa).i.corpora possessa(a malignis demonijs).i.prauis spiritib⁹ (tu mundas).i. purgas(tactos).i. captos (labe).i.immūditia(lepre).i.illius infirmitatis(⁊ tu ponis).i. reddis (claudos).i.paraliticos(⁊ attractos).i.cōtractos(in officijs pedum).s.dando eis gressum. Etiā tu sctā helisabet(potes).i.vales(ex gratia)scʒ dei illud(qd̄ ē negatū).i.nō cōcessum(nature).i.qd̄ est ꝯtra naturā:⁊ illud(agis iure).i.ex ꝑtāte virtutū ⁊ miraculoꝝ(⁊ reducis).i.reparas(functos vita).i.defunctos ⁊ mortuos(⁊ reddis).i.das(cecis).i.priuatꝭ oculis(mēbra).i.organa(lucis) .i.oculoꝝ(⁊ etiā spatia).i.instrumēta(mēbroꝝ).i.oculoꝝ. Quare ad eā dirigit petitionē:dicēs(Eya mater)sctā helisabet(tu agnosce).i.cognosce(nos) scʒ miseros hoīes(⁊ deposce).i.impetra(nos inseri).i.inscribi(libro vite).i. in regno celoꝝ(cū electis).i.sanctis tuis(vt).i.ꝙ simus(cōsortes).i.participes(tue sortis).i.eterne beatitudinis(⁊vt eruamur).i.liberemur(a penis).i. dānatione ⁊ supplicijs(⁊ a portis).i.introitib⁹(inferi).i.inferni ⁊c̄.

¶ Vocabula. Differre verbū anomalū neutri generis est habere differētiā:vt homo differt ab equo. Etiā signat ꝓtrahere. Luca. Tolle moras differre nocet. Itē Iuuena. Nocuit differre paratis. Differre etiā est perturbare. Plautus; Iaʒ ego te differā dictis meis impudice. Dignus nō est idē qd̄ bonus vel honorabilis:sed est idē qd̄ meritus. nam etiā de malo dicit. Vergi. O digna cōiuncta viro ⁊c̄. Cōtractus hō dr̄ cui⁹ nerui aruerūt: teu.ein lāmer. Fungor vita.i.viuo:functus sum vita.i.vixi ⁊ iam suʒ mortuus. Insero signat imitto vel indo. Etiā est melioris arboris ramū indere trunco alteri⁹ arboris. Vergi. Insere nūc melibee pyros: Inferus nomē heteroclytū in genere.nā singulari masculinū:plurali ꝟo neutrū reperit.

Historia vite bte helisabet.

¶ Notabilia. Notādū. Sctā helisabet potētissimi vngarie regis filia fuisse dinoscit:q̃ ꝑ matrimoniū tradita est nobili viro principi Ludouico lātgrauio thuringie. Que dr̄ virū suū exēplo deuotiōis informasse ꝙ in nullo ei resisteret q̃ ꝓ christo facere decreuisset. Cōtigit aūt vt ipa sua cōsciētia in manū magistri Cōradi de marckburg obedientiā faceret. Que deo seruiēs sepe de nocte surrexit:nudū corpus tradebat suis puellis secretiorib⁹ flagellandū:⁊ hoc ꝯtinue in q̃dragesima ⁊ in sextis ferijs peregit. Etiā erga paupes ita misericors extitit ⁊ deuota:infirmos cōsolando:leprosos ꝓprijs manib⁹ lauando:⁊ paupes q̃scūq; triplicit cōsolando.s.ꝑ ꝓpriū laborē:ꝑ cōpassionē ⁊ ꝑ muneꝝ largitionē. Pro q̃ etiā triplicē remunerationeʒ accepit.s.ꝑ labore quietē ꝑpetuā:ꝑ cōpassione diuinā visionē: ꝑ elemosy-

naꝝ largitione vitā interminabilē recepit. Vñ btā helisabet ꝓpter radios **Amicta sole:**
virtutū ⁊ bñficioꝝ(qm̄ cōpatiebaꝶ fidelib⁹) dr̄ esse amicta sole.i.virtute di⸗
uina. Hoc aūt nō est intelligendū simpl'r ⁊ primarie:sed ex ꝯsequēti:quia
istud ṗncipaliter scriptū est de virgine maria.sicut legiꝶ in Apoc. Signū
magnū apparuit in celo:mulier amicta sole ⁊ luna sub pedib⁹ eius. Sed
btā helisabet ex cōseqnti amicta sole dr̄: ſm Ps̄. Offerenꝶ regi virgines
post eā. Nā post morte sua multos infirmos curauit:demones a corporib⁹
fugauit:leprosos mūdauit:claudos ad pristinū gressuz reddidit:mortuos
suscitauit:cecis visum tribuit. Legiꝶ em̄ de ipsa: ꝙ quidā cecus cui nō so
lū virtus visiua defuit:sed etiā organū videndi:q̄ a natiuitate fuit cecus:
inuocato sctō noīe helisabet illuminatus est. Per astra aūt matutina h̄ in **Astra matu⸗**
textu intelliguntꝶ angeli:qui in matutino siue i mane.i.in primo fuerūt cre⸗ **tina.**
ati. Illi em̄ angeli gaudēt ꝙ in hora vespertina.i.circa finē mūdi tā nobile
sidus celos ascendit:ipsos celos suo splendore illustrās. Nam angeli gau
dent sup vno pctōre penitentiā agente:vt testaꝶ euāgeliū. Multū aūt gau
dent angeli de hoīe beato celos ascēdente. Notandū scdo. Btā helisa⸗
bet multipl'r cōmendaꝶ:⁊ primo de liberatione possessoꝝ. Vñ autor dicit ī
lr̄a:a malignis demonib⁹.ꝓpter dictū Platonis ⁊ Origenis: q̄ ponunt gra **Demones**
dus inter demones. Et volūt ꝙ quidā sunt spūs humano generi nō nocen **duplices.**
tes:sed magꝫ eos hortanꝶ ad bonū. Et istos Pla.vocat caledemones: q̄si
bonū docētes. Sꝫ alij sunt demōes q̄ inuadūt ⁊ vexāt corpa humana suis
obsessionib⁹. Et ab istis sctā helisabet multos liberauit. Alij sunt adeo pes **Obsessi tri⸗**
simi q̄r cruciāt aīas in inferno. Vñ triplex est grad⁹ obsessoꝝ. Quidā sunt **plices.**
obsessi vno demōe tm̄:alij sunt obsessi plurib⁹.⁊ iste duplex grad⁹ nō pōt cu
rari nisi miraculose ⁊ in virtute spūscti. Quidā ṽo dicunꝶ esse obsessi: sed
nō sunt nisi p q̄ndā infirmitatē ex melancolia ꝓueniēte aggrauati. ⁊ tales
pñt curari p medicos diligētes nature magistros. Sic etiā drña est inter
claudos ⁊ ꝯtractos. Nā claudicatio causaꝶ ex vulnere neruoꝝ. Sꝫ ꝯtra⸗ **Contractio**
ctio(sicut dr̄ Auicē.ṗnceps)hꝫ duas causas. Aliqñ em̄ causaꝶ ex iracūdia **duplex.**
⁊ tūc est incurabilis. Aliqñ ex repletiōe ⁊ supfluitate pot⁹ ⁊ cibi:⁊ a medi⸗
cis vocaꝶ spasm⁹:q̄ est curabilis. Sꝫ miracula resuscitatōis mortuoꝝ ⁊ re **Miracula**
stitutiōis visus sunt ꝯ naturā dupl'r.s.rōne forme ⁊ materie. Rōne forme **ꝯ naturā du⸗**
resuscitatio mortuoꝝ est ipossibil'.q̄r forma pticulari destructa nunq̄ redi **plicia sunt.**
bit eadē i nūero:vt ꝓbaꝶ i fine.ij.lib.de gñatiōe ⁊ cor. vbi dr̄ ꝙ idē i nūero
nō pōt reuerti seu gñari. Itē ſm materiā est ipossibil'.nā corp⁹ qđ substat
vniforme recipit formā ṗorē:⁊ qđ tm̄ fuit mobile violēt p⁹ resuscitationē
moutereꝶ natural'r. Sil'r intelligiꝶ de scdo miraculo:q̄r clamant oēs phi:ꝙ
ipossibile est fieri regressuz a ṗuatiōe in habitū:vt pꝫ in postp̄dicamētis. ⁊
h̄ mere natural'r loq̄ndo. Notandū tertio. Liber vite nō est aliud q̄ li⸗ **Liber vite.**
ber predestinatoꝝ ad vitam eternam. Vñ quicunq̄ predestinatus fuerit
ad salutem dicitur scriptus in libro vite. Et ergo de reprobis dicit Psal⸗
mista: Deleantur de libro viuentiū:⁊ cum iustis non scribantur. Iste autē
est liber qui erat signatus septem sigillis: quem non fuit dignus aperire
aliquis:nisi agnus dei qui occisus est signaculo sancte crucis:hoc est chri
stus iesus qui mortuus est in cruce. Et propterea numerus electorū recol⸗
ligitur ibidem in Apocaly.ex qualibet duodecim tribuū.xij.milia signati.

Vita ꝛ Juersatio beate helisabet.

Et postea turba multa: quā nemo dinumerare poterat: q̄ signata est signaculo dei viui. Et sic petit autor: vt ꝛ nos eidē numero signato cōnumeremur post hanc vitā in eterna patria: vbi nūc regnat beata helisabet. In cuius cōmendationē legit: ꝙ post obitū viri sui ipsa de bonis suis hospitale cōstruxit: vbi oēs infirmos pauperes ꝛ debiles collegit: apud q̄s tā beniuolā ꝛ deuotā se exhibuit: ꝙ iam nō regina sed mater pauperū dicebat. Tandē btā helisabet ppendēs magis acceptū esse deo extendere seipsam q̄ sua bona: amplius ꝓpria manu pauperibꝫ infirmis ꝛ leprosis necessaria ministrauit: debiles curauit: vulnera purgauit: claudos ad secessum portauit. Vñ cōtigit quodā tpe vt quidā infirmus pisciculos postularet: beata helisabet interrogauit ancillā: num quosdā pisciculos conseruasset. Que dixit se nō habere. Sed btā helisabet infirmo multū compatiens rogauit deū vt infirmo pisciculos ordinaret. Mittēs ancillā haurire aquā de fonte. Que dū aquā extraxisset: peluim plenā piscibꝫ apportauit. Btā helisabet hoc miraculo viso: grātias deo referebat. Sed cū diuine placuit pietati ꝙ famulā suā vellet remunerare: misit angelū ad eam. q̄ dixit ei vt exequias pararet: qꝛ ad christū esset trāsitura. Que more solito exequias sibi pparauit: ꝛ pluribꝫ hominibꝫ deuotis p̄sentibꝫ feliciter vitā eternā possedit. In cuius transitu odor suauissimus totā domū repleuit: ꝛ dñs totum mundum miraculis ꝛ meritis beate helisabet illustrauit. Que in ꝓpria sua ciuitate Marckburg in eccłia parochiali in pace christi est cōsepulta. vbi miraculis claret apud deū ꝛ homines gloriosa.

¶ De sancta Katherina Seq̄ntia.

S Anctissime virginis votiua festa recolamus. Venerantes hanc diem preclarā omnes cōcinamꝰ.

Proferat hec cōcio laudes: ꝛ deuotio sit syncera. Concrepet organicis modulis ꝛ canticis laude digna.

Hanc fuisse filiā Costi regis vnicam tradunt scripta. Annis puerilibus artibꝫ sophisticis fuit clara.

Turbam philosophicam vicit ꝛ rhetoricam disputando. Hinc regina credidit: deos vanos respuit venerari.

Fit penalis machina: pereunt ac milia dum rotat agmina paganorū. Mox priuat capite: assunt turbe celice: sepelit debite monte syna.

Ora pro populo: precare pro clero martyr christi katherina. Astantē populū: precantē te clerum foue rege ꝑ secula.

¶ Hic autor noster describit aliud canticũ ob reuerentiã ⁊ gloriã virginis Katherine. In q̃ hortaſ pplm fidelẽ ad laudẽ eiuſdẽ: deſcribẽs eius vitã penes virtutes meritorias: rogans vt intercedat ꝑ nobis. ¶ Ordo.

Nos christiani (recolamus).i. pagamus (votiua festa).i. sacras solẽnitates (scissime virginis) scz catherine: ⁊ (oẽs) christiani (cõcinamus).i. ꝯcorditer decantemus (venerantes).i. honorantes ⁊ celebrantes (hunc p̃clarũ diẽ).s. festum. Et (hec cõcio).i. turba (ꝓferat).i. dicat (laudes) ipsi scz catherine (⁊ deuotio).i. cõtritio cordis .s. ipsius turbe (sit syncera).i. pura. Et ipsa cõcio (cõcrepet).i. cõsonet (organicis modulis).i. artificialib⁹ canticis ⁊ vocib⁹ naturalib⁹ (digna laude).i. cũ debita reuerẽtia. Quare nunc eius describit vitã: insinuans cõplementũ passionis eius: dicẽs (Scripta).i. sacre scripture (tradunt).i. dicunt (hanc) sanctã catherinã (fuisse).i. extitisse (vnicã filiã).i. vnigenitã natã (regis costi) sic dicti. Et ipsa sctã catherina (in puerilib⁹ annis).i. tpe iuuentutis (fuit clara).i. splendida imbuta ⁊ docta (sophisticis artib⁹).i. in scientijs liberalib⁹. Et ipsa sctã catherina (vicit).i. supauit (philosophicã turbã).i. multitudinẽ artistaꝝ ⁊ philosophoꝝ (ac rhetoricã).i. turbam rhetoꝝ (disputando).i. ꝑ disputationem. (Hinc).i. post hoc (regina).i. vxor maxentij (credidit).i. fidẽ catholicã assumpsit (⁊ respuit).i. spreuit (venerare).i. honorare (vanos deos).i. idola seu imagines diaboloꝝ. Nã postq̃ maxentius vidit q̇ beatã catherinã blandimẽtis superare nõ potuit (penalis machina).i. rota plagatoria (fit).i. paraſ.s. ad dilaniandum sanctã catherinã (ac milia agmina).i. mille turbe (paganoꝝ).i. gentiliũ (pereunt).i. necantur.s. ꝑ hanc rotã (dũ).i. qñ ipsa sctã virgo (rotaſ).i. rotãdo martyrizaſ. Et ipsa (priuaſ).i. decollaſ (mox).i. statim (capite) scz suo sctõ collo. Tunc (celice turbe).i. turbe angeloꝝ (assunt).i. p̃sentes sunt ⁊ assistebãt ei⁹ morti: ⁊ ipsa (sepeliſ).i. humaſ.s. ab angelis (debite).i. reuerẽter (in vertice).i. in sũmitate montis (syna).i. in altitudine ipsius mõtis synai. Vñ nũc autor ad ipam petitionẽ dirigit: dicẽs (O martyr christi catherina tu ora).i. intercede (ꝑ populo) cõmuni (⁊ p̃care).i. obsecra (pro clero).i. ꝑ cõgregatiõe clericoꝝ. O sctã catherina (tu foue).i. nutri (pplm) christianũ (astantẽ) s. tue festiuitati (⁊ rege).i. guberna (clerũ).i. multitudinẽ clericoꝝ (laudantẽ).i. venerantẽ (te) sanctã catherinã (ꝑ secula).i. eternaliter. Amen. ¶ Vocabula.

Cõcino fit a con ⁊ cano. Sed cõcinno aliud verbũ est. de q̃.s. in seq̃ntia assumptõis marie diximus. Votiuus.i. desiderabilis: vel ad votũ ptinẽs.

Proferre est ostendere. Iuuena. Profer galla caput. Etiã ſcat ꝑducere: vt hoc loco. Concio nomẽ femininũ a verbo cõcieo es. qđ ſcat vocare: ⁊ dr̃ cõcio q̃si ppli cõuocatio vel multitudo hoim̃. Nã cõcionari est ad populũ facere verbũ. Cõcrepare verbũ neutrũ tertij ordinis ſcat sonũ facere. Penalis adiectiuũ est a noĩe pena. Sophistes grece dr̃ sapiẽs disputator. Vñ ars sophistica dr̃ ars disputandi. Rotari est voluere ad motũ rote. Katherina tñ nõ fuit rotata: sed penẽ fuisset: nisi dñs machinã dissipasset: in qua dissipatiõe multi pagani perierunt. Truncor verbũ est a nomine truncus. Vertex ſcat summitatẽ montis ⁊ apicem. Syna est alt⁹ mons in deserto arabie: vbi dñs moysi p̃cepta dedit. Clerus diciſ a cleros grece: qđ est sors latine. qr antiquitus clerici ſm sortẽ fuerũt electi; vt patet de beato Matthia aplo. Vide Rabanũ in institutiõe clericoꝝ.

¶ Notabilia. Notandū. Scribit in Pſ̄.xlv. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis ꝛc̄. In quibꝫ verbis ſancta catherina commendat. qm̄ oīs glīa eius quā impēdit ei dn̄s originē habuit ab intus.i.ab interiori cordis intentiōe.

Virtutes duplices.

Vn̄ ſciendū ꝗ virtutes ſunt duplices. Quedā ſunt exteriores.ſ.virtutes ſenſuales. Et ſunt quinqȝ ſenſus hoīs qui deſignant ꝑ quinqȝ talenta q̄ dedit paterfamilias primo ſeruo cauſa lucri.

Quinqȝ ſenſus quinqȝ talenta.

In his quinqȝ ſenſibꝫ oportet nos negociari vt fiat lucrū: qꝛ talentū lucrans cōmendat:ꝛ eius negociatio in regnū dei mittit. Sed talentū abſconditū rep̄hendit ꝛ a ſuo poſſeſſore aufert.ſicut dꝛ in euāge. Matth. In iſtis ſenſibꝫ ꝛ talentis p̄noīata puella multas alias virtutes lucrata eſt interiores: Ideo dꝛ:ab intus in fimbrijs aureis ꝛc̄. Sed virtutes interiores ſunt duplices.ſ.morales ꝛ intellectuales. Morales ſunt q̄ttuor p̄ncipales.ſ.iuſticia: fortitudo:tēperantia ꝛ liberalitas. Que dicunt virtutes cardinales:qꝛ ab his virtutibꝫ oēs alie deriuant. Sed virtutes intellectuales ſm̄ Phm ſūt quinqȝ:quas ptractat ſexto ethicoꝝ.videlicet Sapiētia:prudētia:ars: ratio ꝛ intellectus. Et vocant intellectuales:qꝛ intellectus ꝑ eā diſponit ad ad ſummā delectationē:q̄ cōſiſtit in vltima felicitate ꝛ ꝑfectione. He virtutes abundanter intellectū virginis catherine fecundabant. Ideo merito dꝛ:oīs gloria eius.ſ.catherine:filie regis.ſ.chriſti:fuit ab intus.i.a virtutibus interioribꝫ:ꝛ nō ab exterioribꝫ.qꝛ ſm̄ virtutes exteriores non laudamur neqȝ vituperamur:ſed ab eis periclitamur:ſm̄ dictū euāg. Si oculus tuus aut pes ſcandalizat te:erue eū ꝛ proijce abs te. Sed qꝛ hec virgo beata claruit ex virtutibꝫ interioribꝫ:qꝛ gloria erat ab intus: quare hec ſeq̄ntia in honorē ipſius eſt cōpilata. Notādū ſcd̄o. Magiſter in hac parte

Hiſtoria vite ſancte Catherine.

ptractat vitā beate catherine valde ſuccinctim: ꝛ vtit colore rhetorico q̄ dicit breuitas:in hoc ꝗ dicit:filiā Coſti regis. Nā Coſtus erat rex ſub regno grecoꝝ:ꝛ morabat in vrbe alexandria. cuius filia fuit beata catherina. Quā miſit pater informari artibꝫ logicalibꝫ ꝛ philoſophicis: q̄ poſtea ab imꝑatore maxentio paſſa eſt. Qui cū oēs hoīes tam diuites q̄ȝ paupes ad Alexandriā cōuocaſſet:vt idolis īmolarent. Et chriſtianos ſacrificare nolentes p̄cepit vt punirent. Catherina annoꝝ.xviij. manens in palatio:ꝛ audiens diuerſoꝝ animaliū rugitus: miſit nuncios vt celeriter inq̄rerent quidnam hoc eſſet. Cui dixerūt: ꝗ Maxentius ceſar p̄cepiſſet ꝑ vicinas partes tā pauperes q̄ȝ diuites idolis īmolare: ꝛ chriſtianos punire. Quo audito beata catherina cum aliquibꝫ de palatio aſſumptis ſigno crucis ſe muniens venit ad templū vbi idolis ſacrificia offerebant. Et cū chriſtianos ad ſacrificia idoloꝝ cōpelli vidiſſet:ꝑ cōpaſſionē mota audacter ſe ingeſſit ad imperatorē dicens: Salutationē tibi ꝓferre o imperator ordinis dignitas poſtulat ꝛ rationis:ſi creatorē oīm cognoſcēs ꝛ a cultu idolorū animū tuū reuocares. Deinde cepit cū imꝑatore diuerſimode diſputare ꝑ diuerſa genera concluſionū. Deinde rediens ad colloquiū ait. Quare homines inuanū cōpellis ad idoloꝝ ſacrificia: Miraris templū ꝑ manū artificis fabrefactū:miraris ornamenta p̄cioſa:q̄ pereunt tanq̄ȝ puluis ante faciē venti. Mirare potius celū ꝛ terrā ꝛ oīa que in eis ſunt. Et cum hec aduerteris diligenter agnoſce quis illoꝝ ſit potentior. Et cū hoc ꝑceperis:

ipsum adora:ipm glorifica.ipse em̄ est dn̄s dominantiū:deus deoꝝ. Per h̄
incepit conferre de incarnatione filiꝫ dei. Quo audito maxentius stupefa-
ctus dixit Catherine: Sine modo ⁊ ꝑmitte finiri sacrificia deoꝝ nostroꝝ:
⁊ postea tibi respōdebimus. Maxentius igit̄ iussit eā duci ad pallatiū ⁊
diligēter custodire:admirās de pulchritudine eius ⁊ sapiētia: erat em̄ val
de pulchra ⁊ sapiens. Finitis igit̄ cultibꝫ idoloꝝ impator ad pallatiū redi
ens dixit catherine: Cultibꝫ idoloꝝ nostroꝝ ꝓpediti:tibi rn̄dere nō potui-
mus.quare nūc primū inquiremus de tua progenie. Que rn̄dit: Nō cā ar-
rogantie:sed humilitatis amore tibi ꝓgeniē meā expono. Ego em̄ inqt suꝫ
Costi regis filia:q̄ licet in delitiꝫ ⁊ diuitiꝫ nutrita sum:tamē hec oīa con
tempsi ⁊ mihi christū elegi. Tunc dixit maxentius: Si verū est ꝙ tu dicis
totus mūdus errat. Si em̄ angelus de celo veniret:tibi q̄ dicis nō credere
mus.quō ḡ tibi credere possumꝯ:q̄ fragilis es mulier? Tūc dixit catheri-
na: O impator aīo irato noli vinci:nec insipiēti aīo surgat turbatio. vt ait
poeta. Audiēs igit̄ maxentius catherinā magistros ⁊ poetas allegare.vi-
dēs ꝙ nō posset resistere sapiētie eius ⁊ spiritui q̄ loquebat̄: pro melioribꝫ
magistris totius grecie misit:q̄ ipsam superarēt ꝓpter h̄ ꝑcepturos maxia
dona. Rediēs igit̄ nūcius q̄nquaginta rhetores ⁊ summos ph̄os adduxit
in omni doctrinaꝝ genere excellentes:q̄ scientia sua omne genus mortaliū
exuperabāt. Interim beata catherina in carcere seruabat̄. Cui cōciliū re-
gis ⁊ iminēs pena nunciat̄:⁊ ipsa sctā catherina deū fideliter orabat ꝓ vi-
ctoria. Cui angelus apparuit dicēs: Cōstāter age:spūssctūs infundet ver
ba in os tuū:quibꝫ aduersariꝫ tuis resistere potes. Tandē btā virgo ducit̄
de carcere:vt ꝯtra rhetores disputaret. q̄s breuiter cōcludendo sctā cathe
rina disputando oēs vicit:⁊ ipsos etiā ad fidē christianā cōuertit.ita vt im
peratori dicerēt: Nisi ꝓbabiliorē viā de diꝫ tuis dixeris:ad christū cōuer
timur. Tūc maxentius furore accensus ipsos in medio ciuitatis ꝯcrema-
ri fecit. Quos btā catherina de fide christi finaliter instruxit. Et ꝑ ignem
passi sunt:⁊ aīas suas dn̄o tradiderūt:ita ꝙ nec capilli nec vestimēta eoꝝ
exusta inuenirent̄. Post hoc maxentius catherinā blanditiꝫ exhortās: vt
diꝫ imolaret. Et cū eā flectere nō esset potēs:iussit eam flagellis cedi:⁊ in
carcerē obscurū recludi:⁊ ꝑ.xiꝫ.dies fame cruciari:quā tn̄ dn̄s ꝑ angelum
cōsolabat̄. Nā columba de celo veniēs cibū sibi ministrauit:⁊ christus cū
multitudine angeloꝝ ei apparuit dicens: Agnosce filia creatorē: durū em̄
subiꝫsti cōflictū:cōstans ergo esto:ego tecū sum. Cōtigit interim maxentiū
a fine terre sue recedere. Cuius vxor regina amore catherine succensa: cū
Porphirio principe ad carcerem properauit. Que vidit immensam clari
tatem in carcere refulgentē:⁊ angelos plagas sancte catherine perungen-
tes. Catherina ergo regine ⁊ porphirio predicauit. Rediens vero impera
tor catherinam ad se venire iussit:videns eam per ieiunium non esse cruci
atam:sed magis formosam: custodes carceris iussit torqueri. Catherina
ꝯo dixit: Ego cibū ab homine nō assumpsi nec suscepi:sed celesti cibo suꝫ
nutrita. Maxētius iterum incepit blanditiꝫ verbis exhortari: dicens ad
eam: O puella consulo formositati tue: vt meis acquiescas consiliꝫ: ⁊
tunc eris prima post reginaꝫ in palatio meo si idolis nostris immolaueris.

Sed ipsa cõstanter agens noluit cõsentire. Et ista iam scripta ꝑ ordinem
De martyrio btẽ catherine sunt tanq̃ initiũ passionis eius: vt habet in passionali. Cũ ꝓo beata ca
therina nec blanditijs nec terroribꝫ posset superari: venit quidã de familia
regis noie Cursates: dicens imperatori: O imperator hec virgo catheri-
na nõ vidit adhuc tale genus tormentoꝝ q̃ terreret: fac fieri q̃ttuor rotas
acutas clauis ꝛ rasorijs infixis: quaꝝ due cõtra duas moueant: quibus ca
therina interponat: vt corpus eius membratim laceret. His rotis factis ꝛ
ante tribunal positis beata catherina secrete orauit dicens: Dñe iesu chri
ste qui subuenis tuis in omni necessitate: exaudi me in hac petitione: ꝛ con
serua corpus meũ a pena rotaꝝ. Qua oratione facta statim mota sunt to-
nitrua ꝛ fulgura: que rotas cõcusserunt: ꝛ multi paganoꝝ de familia regis
perierunt. Quod videns regina descendit de palatio: dicens ad cesarem:
O vesane ꝛ impie tyranne: nunquid tanta miracula dei omnipotentis ti-
mes: ꝙ adhuc deum verũ quẽ superare nõ potes persequi conaris. Quod
audiens Maxentius cõsiderauit eam esse christianã: ꝛ statim fecit eã de-
collari. Cuius corpus Porphirius miles sepeliuit. Quo facto iterũ fecit
adduci beatã catherinã: cui sic ait: O catherina consenti mihi: ꝛ adora de
os meos: ꝛ eris prima in pallatio meo. nam statuã aureã in medio ciuitatis
faciemus imagine tua impressa: vbi homines tanq̃ deam te adorabunt.
Cui beata catherina respondit: Solus deus adorandus est: cui seruo fi-
dem meam. Tunc rex iterũ cogitauit de corpore regine: ꝛ quesiuit q̃s hoc
abstulisset. Tunc Porphirius procedens cũ suis militibus dixit: Ego cor
pus dei famule sepeliui: nam ꝛ ego christianus sum. Quod audiens Ma
xentius furore arreptus clamore magno rugitũ fecit dicens: Heu me mi-
serũ: vt quid Porphirius vnicũ summũ solatiũ meum seductus est: vt me
derelinquat. Et statim iussit Porphiriũ cũ ducentis militibꝫ in christum
credentibꝫ decollari. Tũc dixit ad beatã catherinã: O tu malefica q̃diu
nos protrahis: ex duobus vnum elige: aut maturius sacrifica dijs: aut ca-
pitali sentẽtia plecteris. Cui beata catherina: Sum parata ad sustinẽdũ
omnia que pro noie christi poteris inferre. Et sic ducit ante portã ad de-
collandũ: ꝛ deo gratias egit: ꝛ ꝓ inuocantibꝫ ipsam in necessitatibꝫ suppli-
cauit. Veniẽs igit vox de celo ipsam vocauit dicens: Veni dilecta mea:
quod postulasti impetrasti: pro quibꝫ oras salui erunt. Et tunc spiculator
eam decollauit: ꝛ lac de corpore eius ꝓ sanguine emanauit ad innuendum
eius virginitatem. Ubi statim angeli accesserunt: ꝛ corpus beate virginis
catherine ad montẽ synai deportauerunt: vbi adhuc oleũ sacrũ de corpore
suo manare videt: ꝛ vbi multa beneficia infirmis impendunt prestante do
mino iesu. Uñ merito beata virgo catherina inuocatur. Legit em̃ ꝙ cum
deberet decollari orauit ad deum: vt quicũq̃ memoriã eius celebraret: in
omnibꝫ necessitatibus suis petitionis sue celerem obtineret effectum.
Ultimo ergo notandũ: ꝙ beata catherina apparuit gloriosa in quinq̃: sciz
De dignitate b. catherine in sapientia: eloquẽtia: cõstantia: eminentia dignitatis ꝛ mundicia castita-
tis. Uñ quinq̃ sunt que obseruare poteris: que ipsa seruauit. Habuit em̃
affluentiã bonoꝝ seu rerũ temporaliũ: quia parentibꝫ ditissimis successit.
Habuit opportunitatẽ: quia inter suos famulos versabat. Habuit etatem
iuuenilem: quia octodecim annoꝝ fuit. Habuit etiã libertatem: quia libe-

ra in palatio remansit. Habuit etiā pulchritudinē: erat eñ speciosa valde. Vñ etiā beata virgo catherina magna dignitate fulget in celestibꝫ. Nam sicuti quedā priuilegia fuerunt in aliquibus sanctis dum decederent: vt christi visitatio in Joanne euangelista: olei emanatio in sancto nicolao: lactis effusio in beato paulo: sepulchri preparatio in sancto clementi: petitionis exauditio in sancta margaretha: Ita hec omnia fuerunt simul in sancta virgine catherina: que alijs singulariter ꝛ particulariter erant concessa. Vñ Catherina dicitꝰ a cata grece: qđ est vniuersale latine: ꝛ ruina: q̄si vniuersalis ruina. quia omne edificiū diaboli in ea corruit: edificiū inquā cupiditatis mūdane per diuitiaꝝ contemptū. Vel catherina dicitur quasi catenula. quia ipsa per opera sua catenā fecit per quā ad regna celorum ascendit. Ad que nos perducat qui in celis sine fine viuit ꝛ regnat deus eternus. Amen. Interp̄tatio Catherine.

¶ De sancto Andrea apostolo
Sequentia.

DEus in tua virtute sanctus andreas gaudet ꝛ letatur eadem comitatus.

Piscatio tui nati ipse primū factus piscator populorum: Mirmidones idolatras diu fluctiuagos rete cepit fidei.

Is legibus achaiam tuis deus victor illius subiugauit.

Et trophēum christi tui fixit ibi bonū se ostentans militem.

Miraculis virtutibꝫ doctrinis quecūqꝫ quesita spolia tibi o rex atulit. Atqꝫ suo cruore triumphi inscripsit titulos tui regum domine.

Istum crucis socium ꝛ regni credimus christi filij tui atqꝫ fraterculū. Nos igitur peccatis nostris grauati te deus poscimus: Vt illius qui tua semp̄ sectatus p̄cepta tibi placet:

Nos intercessione tuearis in eternum.

¶ Hic autor describit aliā sequētiā de festiuitate sancti Andree. In qua p̄mo alloquitꝰ dñm iesum: cōmēdando sanctū andreā p̄ virtutē ꝛ passionē eius: ad eū petitionē dirigēs hoc modo. ¶ Ordo. (O deus sanctus andreas).s.apl's (gaudet).i.exultat (ꝛ letatꝰ).i.gratulatꝰ (in tua virtute).i. in magnificētia diuina (comitatus).i.secutus.s.te (eadē).s.virtute: qꝛ (ipse) sanctꝰ

andreas est(piscator.i.captor(populorū).i.gentiū:⁊ sanctus andreas est(fa
ctus piscatio).i.p̄dicatio(tui nati).i.verbi incarnati.s.christi (⁊ cepit).i. at-
traxit(primū).i.primo ⁊ principaliter(rete).i.cū filis(fidei).i.sua p̄dicatio-
ne(myrmidones).i.hoies(idolatras).i.infideles (fluctiuagos).i. dubitātes
in fide(diu).i.longo tpe anteq̄ receperūt euangeliū christi. Quare o deus
oipotēs(is)sanctus andreas apl's(subiugauit).i.subiecit(achaiam).i. puin
ciam ⁊ regionē sic dictā (tuis legibꝰ).i. diuinis p̄ceptis:postq̄ fuit victor)
.i.superator (illius).s.regionis. Et beatus andreas (fixit).i. firmauit (tro-
pheum).i.victoriā(christi tui).i.filij dei(ostētans).i: mōstrans(se).s.esse(ibi)
.i.in tali loco vel terra(bonū militē).i.fortē agonistam. (O rex) scz christe
sanctus andreas(attulit).i.tribuit(tibi).s.deo(quecūq̄).i.oīa(quesita spo
lia).i.acquisitas rapinas(miraculis).i. cū signis (⁊ virtutibꝰ).i.meritis ac
bonis operibꝰ(⁊ doctrinis).i.p̄dicationibꝰ.(Atq̄ o dn̄e rex regū) sctūs an-
dreas(inscripsit).i.intitulauit(suo cruore).i.sanguine (titulū).i. scripturam
(tui triūphi).i.victorie. Et ideo(nos credimus).i. cōfitemur(istū).i. sanctū
andreā(esse sociū).i.sodalē(crucis)scz sancte:vel pene crucis(⁊ regni).s.ce
lestis(atq̄ fraterculū).i.fratrē(christi filij tui).s.vnigeniti. Quare nūc diri
git petitionē ad deū:vt meritis sancti andree nos defendat:dicēs (Igitur
nos).s.christiani(grauati).i.onerati(nostris peccatis).i.criminibꝰ ⁊ delictis
(poscimus).i.rogamus(te deū).s.omnipotētē(vt tuearis).i.defendas (nos)
.s.christianos(in eternū).i.eternaliter(intercessione) .i.interuentu (illiꝰ) scti
andree(qui sectatus est).i.secutus(semp).i.omni tēpore(tua p̄cepta).i.mā-
data(que placent).i.acceptabilia sunt(tibi)scz christo dn̄o nostro.

¶ Vocabula. Gaudere est intus letari aut foris. Sanctus andreas fuit
primus a christo vocatus ad apostolatū. Comitatus participiū a comi-
tor.i.imitor. Mirmidones sunt quidā ppl'i grecie. In ntō singulari dicit
mirmido i curta. Nec est ciuitas capitalis achaie:vt quidā volūt. Flucti
uagus dr dubiosus: vagans in fluctibꝰ ⁊ laborans in dubijs. Achaia est
magna ciuitas grecie inter duo maria.s.egeū ⁊ ioniū sita. Alio noie pelo-
ponesus ⁊ danaa:nunc morea vocat. Figo is ere. Fcat firmiter ponere.
Sectatus a sector.i.sequor venit freq̄ntatiuū. Tui pnomen p̄mitiuū cō
struit cū noie in diuersitate numeri:sm regulā grāmaticalē. q̄ dicit: Mei
tui primitiua pn̄t cōstrui cū omni noie in dissimili genere numero ⁊ casu.
Tropheū est signū victorie. Vn̄ tropheū christi crux est. Triumphus ē
aūt magnus honor q̄ exhibet victori reuertēti de p̄lio. Titulus est index
cuiusq̄ operis:qd̄ scribit in statuis vel in principio libri. Ponit etiā p mo
numento aut pro lapide aut ornamēto. ¶ Notabilia. Scribit pheta in

Sermo de b. Andrea. Ps̄. Cadent in retiaculo eius pctōres. In quibꝰ verbis btūs andreas cō-
mendat:cui post vocationē data est potestas vt caperet pctōres retiaculo
fidei:⁊ duceret eos ad portū salutis eterne. Vn̄ btūs Grego. dicit sup euā
ge. Joan.xxi. Traxerūt rete ad terrā plenū magnis piscibꝰ cētū quinqua-
ginta tribꝰ.⁊ cū tanti essent:nō est scissum rete. Ubi dicit btūs pontifex:q
duplex est captura. Prima fuit qn̄ discipuli laborauerūt p captura pisciū

Expositio euāge. de captura pisciū. in naui:⁊ dn̄s apparuit eis ambulās sup mare. ⁊ cū misissent rete in mari
ex p̄cepto dn̄i:collegerunt multitudinē pisciū:⁊ rumpebat rete:nec exibāt
Piscatores isti sunt apl'i ⁊ p̄dicatores sancte fidei in eccl'ia dei. Et p̄cipue

Iucundare plebs fidelis: cuius pater est in celis: recolens ezechielis p̄conia. Est ioannes testis christi: scribēs in apocalypsi: vere vidi: vere scripsi vera testimonia.

Circa thronum maiestatis cū spiritibꝫ beatis quattuor diuersitatis astant anialia. Formā primū aquilinā: & secundū leoninā: sed humanā & bouinā duo gerunt alia.

Forme formant figurarum formas euangelistarum: quorum imber doctrinarum stillat in ecclesia. Hi sunt marcus & mattheus: lucas & quem zebedeus pater misit tibi deus dum laxaret retia.

Formam viri dant mattheo: quia scripsit sic de deo: sicut descendit ab eo: quem plasmauit hominem. Lucas bos est in figura: vt premonstrat in scriptura: hostiarum agens iura legis sub velamine.

Marcus leo per desertum: clamans rugit in apertum: iter fiat deo certum: mundum cor a crimine. Sed ioannes ala bina charitatis aquilina forma fertur in diuina puriori lumine.

¶ Hic autor describit aliā sequentiā: que cantatur ob reuerentiā & dignitatem sanctorum euangelistarum. In qua hortatur populū ad leticiam: declarādo visionē quā Ezechiel propheta & sanctus Joannes viderunt: exponēdo hāc visionē ad nostrā cognitionē: ponens in lr̄a noia euāgelistarum. Ideo dicit:
¶ Ordo. (O fidelis plebs).i. popule christiane (tu iucūdare).i. letare (cuius).s. plebis (pater).i. deus omnipotens (est).i. existit (in celis).i. regno celorum (recolens).i. rememorās (preconia).i. prophetias (ezechielis prophete) sic dicti: Nam (ioannes) scʒ euangelista (est testis).i. testimoniū perhibēs (christi).i. filij dei (scribens in apocalypsi).i. in tali libro diuinarum reuelationum (ego).s. ioānes (vidi vere).i. veraciter (& scripsi).i. exaraui litteris & mūdo demonstraui (vere).i. affirmatiue (vera testimonia).i. diuina mysteria. (Circa thronū).i. sedem (maiestatis) scʒ diuine (cū beatis spiritibꝫ).i. cū angelis & sanctis (astant).i. p̄sentes stant (q̄ttuor aialia).i. q̄ttuor euāgeliste.s. habētes formā (diuersitatis).i. sunt diuersi in figuris. quia (primū).s. anial

(gerit formã aquilinã: ⁊ secundũ).s.animal(habet leoninã).s.formã (sed tñ duo alia).s.animalia(gerunt).i.habent(humanã)scꝫ formã(⁊ bouinã).i.ipsius bouis. Vñ nunc ponit visiones iam dictas q̃tũ ad nostrã cognitionẽ inferens noĩa euangelistaꝝ: ⁊ dat rationẽ quare istis figuris figurant᷑: dicens(Forma figuraꝝ).i animalium(formant).i.signant(formas).i.figuras euangelistaꝝ(quoꝝ).s.q̃ttuor scribentiũ ⁊ cancellarioꝝ (imber doctrinaꝝ) .i.diuina sapiẽtia(stillat).i.splenduit(in eccl̃ia).i.in ppl̃o christiano (o debi).s.euãgeliste(sunt).i.nominant᷑(marcus mattheus lucas:ac)p et.s.illum (quẽ).s.ioannẽ euangelistã(pater).s.eius ioannis(zebedeus)sic dictus (misit).i.dedit tibi(dũ laxaret).i.extenderet(retia).s.p captura pisciũ. Vñ nũc pbat ꝓportionẽ esse rationabilẽ. Nam sacra scriptura(est dans).i.tribuens mattheo)huic euangeliste(formã).i.speciẽ(viri).i.hoĩs: ⁊ hoc ideo (qꝛ scripsit).i.p̃dicauit(sic).i.taliter(de deo).i.de humanitate dei (sic) .s.filius dei (descendit).i.generabat᷑(ab eo)scꝫ patre omnipotẽti(quẽ).s.hominẽ (plasmauit).i.fecit hominẽ esse.(Lucas)ille euãgelista(est bos).i.iumentũ ĩ sua figura:qm̃ habet figurã bouis(vt).i.sicut(premonstrat᷑).i.declarat᷑(in scriptura).s.euangelica(tangens).i.declarans (iura).i. cõsuetudines (hostiaꝝ) .i.sacrificioꝝ(sub velamine).i.figura(legis).i.veteris instrumẽti.(Sed ioãnes).s.euãgelista(fertur).i.dicit᷑ figuratus.s.(aquilina forma).i. sub forma aquile(a bina ala charitatis).i.a duplici vita splendẽs.s. actiua ⁊ cõtẽplatiua(qꝛ vidit puriori lumine).i.oculo clariori(in diuina) .i.in diuinitatem. (Marcus).s.euãgelista est figuratus(leo).i.ad modũ leonis(⁊ rugit).i.sonat(clamans).i.p̃dicans(p desertũ).i.totũ mundũ(certũ iter).i. viã rectam (in apertũ).i.publicũ:vt scꝫ manifestũ fiat(deo).s.glorioso(cor).i.ꝓpositum nostrũ(sit mundũ).i.purũ ⁊ purgatũ(a crimine).i.a pctõ. ¶ Vocabula.

Euangelistes vel sta.interpretat᷑ nũciator boni vel scriptor euangelij: sunt em̃ q̃ttuor cancellarij testes veri dei. Jucundus p u scribit᷑:qꝛ fit a verbo iuuo:vt inquit Tullius. Hinc verbũ iucundo.i.facio iucundũ. Ergo iucundor est passiuũ:sed iocundor est deponẽs verbũ. Apocalypsis grece reuelatio latine interpretat᷑: ab apo qḋ est re: ⁊ calypso velo: q̃si reuelare. Estq̧ liber sancti ioannis: quẽ in exilio scripsit de reuelationibꝫ diuinis. In quo etiã dicit de quattuor euangelistis:siliter vt Ezechiel p̃dixerat.

Omnia fere noĩa animaliũ faciunt de se possessiuũ in inus.vt bos bouinꝰ ab equus equinus:ab agnus agninus:a sus suinus. Quare aquilinus:leoninus:humanus ⁊ bouinus sunt noĩa denoĩatiua adiectiua:deriuata a nominibꝫ aquila leo homo ⁊ bos. Et de illis noĩbꝫ in inus vlterius fiũt noĩa in illus:vt bouillus suillus ouillus ⁊c̃. Bos est animal sacrificijs aptum. Et qꝛ Lucas in initio sui euangelij scribit de sacrificijs:ideo p bouẽ figuratur. Rugire est vociferari:⁊ est ꝓpriũ leonis. Et qꝛ Marcus clamauit de faciẽda penitẽtia:ideo p leonẽ fcat᷑. Joannes aquila dr̃:vel ꝓpter altitudinẽ scriptoꝝ:vel propter geminã charitatẽ qua excelluit: vel ꝓpter intelligentie sue claritatẽ: qꝛ aquila videt clarissime. Iter est nomen tertij

Sermo de euãgelistis. ordinis neutri generis: ⁊ fcat viam. ¶ Notabilia. Scribit Lucas in euange. Messis quidẽ multa ⁊c̃. Illa verba bene cõueniũt euangelistis: qui sunt tanq̃ operarij missi ad colligendũ fructũ messis. Quare dr̃: Ego vos elegi: vt eatis ⁊ fructũ afferatis: ⁊ fructus vester maneat. In quibus

verbis euāgeliste dupľr cōmendanť. Primo ex cōstantia p̄dicationis. cuꝫ
dicit: Messis quidē multa. Scđo cōmendanť ex collectione frumenti. cū
dicit: operarij ꝟo pauci. De primo dꝛ in euāge. Et misit eos ad p̄dicandū
Vñ Esa. Vos testes mei estis: dicit dñs. Vñ constantiā p̄dicationis euā
geliste confirmabant ꝑ exhibitionē testimonij: qꝛ testabanť idoneitatē. De
qua dꝛ in actibꝫ apľoꝝ: Hunc deus suscitauit: cuius nos testes sumꝰ. Etiā
testabanť veritatē. vñ in actibꝫ apo. dꝛ: Nos sumus testes omniū que fecit
deus in regione iudeoꝝ: in inferno: in regione angeloꝝ. O quanta fecit: di-
xit ⁊ protulit: hoꝝ eñ testes sumus. Itē dꝛ in actibꝫ: Et eritis mihi testes ĩ
hierľm ⁊ in omni iudea ⁊ samaria vsqꝫ ad extremū. Scđo cōmendanť ex
collectione fructuū in dignitate meriti: qꝛ vt apostoli missi sunt ad scriben
dā euangelia. Vñ dicit Grego. Electi sunt in christo ante mundi cōstitu-
tionē: vt essent sancti ⁊ imaculati in vita. Quare huius sequētie sententia
sub breuibꝫ verbis pōt sic sumi. Populus christianus debet letari ꝓpter vi
sionē ezechielis ⁊ scti ioānis euāge. Cōcordāt eñ in isto: ꝙ viderūt ĩ thro
no maiestatis quattuoꝛ aīalia q̄ttuoꝛ dispositiones ⁊ figuras habentia. s.
aquile leonis hoīs ⁊ bouis. Vñ isti q̄ttuoꝛ euāgeliste sunt specialiť electi
ad hoc vt euāgelia cōscriberēt. qꝛ nullis alijs sanctis est hec dignitas col-
lata. Igiť ꝑ ordinē videndū est ex quibꝫ ⁊ quō sunt electi. Vñ Lucas fuit
syrus: natus ex antiochia: arte medicus. qꝛ vt dicit Hierony. dño p̄dicāte
suis p̄dicationibꝫ nō adhesit: sed post passionē christi ad fidē venit: vir ma
gne ꝑfectiōis ⁊ optime vite ad deū proximū ⁊ ad seipm: similiter quo ad suū
officiū fuit sic. quare in figura quadrupedis bouis describiť. Hic Lucas
crediť fuisse socius Cleophe: quibꝫ post resurrectionē christus apparuit:
ipsis transeuntibꝫ in emaus. Etiā fuit familiaris beate virginis marie: sic
ꝙ ipsa eū certificauit de his q̄ sibi constabant. s. de angelica salutatione ⁊
natiuitate christi. Sed Marcus fuit leuiticꝰ homo ⁊ sacerdos. Hic cū
btō Petro romā profectus est. Et cū ibidē btūs petrus euangeliū p̄dica-
ret: rogauerūt fideles qui erant rome beatū Marcū: vt euangeliū ⁊ beatā
memoriā fidelibꝫ cōscriberet. Postea ꝟo sctūs marcus missus est a beato
Petro in Alexādriā: vbi ordinatus est ĩ epm: ⁊ ibidē verbū dei diu p̄dica
uit: ⁊ multū populū ad fidē cōuertit. Cū aūt in pascha btūs Marcus mis
sam celebraret: cōuenerūt omnes pōtifices: ⁊ fune in ipsius collū misso ip-
sum ꝑ ciuitatē trahebant: ita vt carnes eius in terrā cadebant: ⁊ sanguine
lapides rigabanť. Postea in carcerē reuersus: vbi ab angelo cōfortatꝰ vt
firmiter in fide ⁊ cōstantia euāgelij ꝑmaneret. Et ibidē spiritum emisit: ⁊ ĩ
sancta pace requieuit. Sed Mattheus fuit theolonarius: qui prius vo-
cabať leui: Cuius domū iesus christus saluatoꝛ mundi ingrediens secum
discubuit. Quod videntes pharisei dixerūt ad discipulos: Quare magi-
ster vester manducat cū publicano. Qui hoc ꝑcipiēs dixit phariseis: Nō
est opus medico bene habentibꝫ: sed male habentibꝫ. q. d. Nō veni vocare
iustos: sed pctōres. qꝛ iusti spontanee cōueniūt ad ꝯuiuiū: sed oportet pec
catores trahere. Post hoc iesus dixit ad oīa: ⁊ secutus est dñm. Sed san
ctus Joannes fuit filius zebedei: ⁊ cōsobrinꝰ iesu christi: q̄ in cena supra
pectus dñi recubuit: ⁊ ibi celestia arcana cognouit: q̄ frequenter in euange-
lijs cōscripsit: Qui dū apud ephesum p̄dicaret: a proconsule capiť. qui eū

Euangeliste testes christi.

De electione euāgelistaꝝ

De sancto Luca.

De sancto Marco.

De sancto Mattheo.

De sctō Joanne euāgelista.

ad cultum idoloꝝ compellere conabaꝛ. Quod facere nolens in carcerem missus est. Et iussu Domitiani cesaris romã ducitꝛ. vbi in doliũ feruentis olei missus est: vt ptꝫ in seq̃ntia Verbũ dei de deo ꝛc. Notandũ secũdo

De figuris euangelistaꝝ

Beatus Mattheus describiꝛ in figura hoĩs: q꞉ in suis euangelijs describit incarnationẽ christi: qualiter deus hõ factus est. Igiꝛ forma humana est sibi deputata. Sed btũs Lucas depingiꝛ in forma bouis: q꞉ ipse describit in suis euãgelijs passionẽ christi: qualiter christus tanq̃ꝫ vitulus ꝓ nobis oblatus est. Vñ in passione eius tanq̃ꝫ ouis ad occisionẽ ductus est Sed Marcus describiꝛ in figura leonis: q꞉ ꝑdicauit in mũdo clamãs cõtra pctõres tanq̃ꝫ leo rugiẽs: dicẽs: Expurgate vetus fermentũ: ⁊ abijcite pctã vr̃a de cordibꝫ vr̃is: vt inhabitet vos christus. q꞉ cor mundũ est dei tẽplũ: iuxta dictũ apl'i: Templũ dei sanctũ est: q̃ꝺ estis vos. Vñ Dauid: In tẽplo sctõ suo .i. in corde puro ⁊ imaculato. Sꝫ sctũs Joãnes describiꝛ in forma aquile. q꞉ aquila est auis altissimi volatus: q̃m altissime ⁊ ꝓfundissime cõscripsit euãgelia de oĩpotẽtia ⁊ de diuinitate dei. q꞉ dixit: In ꝑnci pio erat verbũ ꝛc. Ideo cõuenit sibi dispositio aquile. Tũc resumit illud idẽ sub breuitate dicẽs: Mattheus in specie hoĩs describit humanitatẽ et incarnationẽ iesu christi. Lucas describit passionẽ christi in specie bouis. Sed Marcus describit resurrectionẽ christi ⁊ extremũ iudiciũ in specie leonis. q꞉ extremũ iudiciũ est horribile ⁊ tremendũ. Sed btũs Joannes describit ꝑpetuitatẽ diuinitatis in specie aquile. Vñ ꝙ btũs Matthe⁹ ha

Rõ figuraꝝ.

buit faciẽ hoĩs: ratio est ẜm Hiero. q꞉ recte se habuit ad directionẽ: sic ꝙ docuit quõ christus hõ natus est de pura virgine. Sed sctũs Joãnes habuit faciẽ aquile: q꞉ ordinat⁹ ad deũ. nã ꝑ oculũ ei⁹ intueꝛ arcana celestia. Vñ ꝺ꞉ ẜm phm in naturalibꝫ: ꝙ aquila habet ita acutũ visum ꝙ solẽ irradiantẽ aspicit: ⁊ in alto volans pisces maris videt: ⁊ habet rostrum valde acutũ. Etiã exusta a sole in fontẽ magno impetu se ꝓijcit: ⁊ senectutẽ abijcit. Et ideo dicit Ps̃. Renouabiꝛ sicut aquile iuuẽtus tua. Sed Marc⁹ habuit faciẽ leonis: q꞉ catuli leonũ tribꝫ diebꝫ mortui iacẽt: ⁊ rugitu leonis suscitanꝛ. vt dicit phus de naturis animaliũ. Et illud bene ꝯuenit marco: igiꝛ ꝛc. Sed Lucas habet figurã vituli: q꞉ rõne ordinatus fuit ad suũ officiũ. scripsit eñ ⁊ impleuit hoc q̃ꝺ alij euãgeliste dimiserunt. Vñ bos est anĩal morosum habẽs vngulas diuisas. Sic btũs lucas morose ⁊ discrete ministeriũ sibi traditũ adimpleuit. Vñ istas causas cõfirmant versus isti Est lucas vitulus: leo marcus: auisq̃ꝫ ioannes. Est homo mattheus: quattuor ista deus. Est homo nascendo: vitulus mortem patiendo. Est leo surgendo: volucris quoq̃ꝫ summa petendo.

Quattuor describunt isti quadriformes actus christi ⁊ figurant vt audisti quisq̃ꝫ sua formula. Natus homo declaratur: vitulus sacrificatur: leo mortem depredaꝛ: ⁊ ascendit aquila.

Ecce forma bestialis: quam scriptura prophetalis notat:

sed materialis est hec impositio. Currunt rotis: volant alis: visus lux est decretalis: rota sensus litteralis: ala contem-
platio.

Paradisus his rigatur: viret: floret: fecundatur: his abundat: his letatur quattuor fluminibus. Fons est christus: hi sunt riui: fons est altus hi procliui: vt saporem fontis viui ministrent fidelibus.

Horum riuo debriatis sitis crescat charitatis: vt de fonte pietatis satiemur plenius. Horum trahat nos doctrina vitiorum de sentina: sicque ducat ad diuina ab imo superius.

¶ Continuando sermonē inchoatū ita ꝓsequitur intentū suum. ¶ Ordo. (Isti quattuor).s. euangeliste (describunt).i. narrant (quadriformes actus) .i. qdruplices operationes (christi).i. filij dei (ꝛ figurant).i. representant (vt) .i. sicut (audisti).s. p priora (quisquis).s. eorum suā formulā vel figurā vel faciē (homo natus).i. figura hois (declarat).i. exprimit incarnationē christi. Nā (vitulus sacrificatur).i. figura vituli indicat passionē christi (leo depdat).i. suscitat mortē: hoc est figura leonis repsentat resurrectionē christi (ꝛ aqla ascēdit).i. forma aquile exprimit ascensionē christi iesu. Unde nūc ꝓbat has figuras euangelistarum rōnabiliter assignatas: ꝛ cū hoc declarat quandā visionē dicēs (Ecce bestialis forma).i. p bestias repsentata (quā).s. formā (ꝓbabilis scriptura) ezechielis ꝓphete (notat).i. exprimit (sz tñ hec impositio) .i. notificatio illorum signorum (est).i. existit (materialis.) Unde subiūgit aliā visionē dicens: Euangeliste (currunt rotis).i. sup rotas in visione ezechielis (ꝛ volant alis).s. suis: nā (lux decretalis).i. vetus testamentū vel mystica expositio sacre scripture (est visus).s. eorum animaliū (ꝛ rota).s. q̄ apparuit (est).i. dicitur (sensus litteralis).i. sacre scripture (ꝛ ala).s. q̄ apparuit est (cōtēplatio) .i. dicitur vita cōtemplatiua. Littera etiā aliter pōt exponi sic: Euangeliste vel ista aĩalia (currūt).i. volant (rotis).i. in rota (ꝛ volant).i. circulariter mouentur (alis).i. p alas (ꝛ ista rota cōtemplatio).i. manifesta visio euāgelistarum (est discretalis visus).i. spūalis visionis: sic q vnūquodque videtur vna figura: (ꝛ est equalis gressus).i. vniformis ꝓgressiōis. Quare iā ondit quō sancti euāgeliste officiū eis traditū deuote impleuerunt: ꝛ cū hoc dirigit petitionem ad christum dicens (Paradisus).s. celestis vel fides christiana (irrigatur).i. humectatur (his).s. euangelistis (ꝛ viret).i. floret (crescit).i. germinat (fecundatur).i. fructificatur (ꝛ letatur).i. gaudet (his quattuor fluminibus).i. doctrinis sanctorum euangelistarū. Nam (christus).i. iesus filius dei (est fons) scilicet horū fluuiorū (ꝛ hi) scilicet euangeliste quattuor (sunt riui).i. riuuli huius fontis (ꝛ fons).i. christus (est altus).i. ꝓfundus incōprehēsibilis: vel altus .i. sublimis (ꝛ hi).s. riui sancti euāgeliste (sunt ꝓcliui).i. capaces ꝛ inclinati

(vt ministrent).i.q tribuant(fidelib9).s.christianis(saporē).i.cognitionē (vi ui fontis).i.dei omnipotētis.qr(hoꝝ)scz euangelistaꝝ(riuo).i.doctrina (debriatis).i.repletis(crescat).i.augeat(sitis).i.appetitus ⁊ desideriū(charitatis).s.diuine(vt).i.q(satiemur).i.repleamur(plenius).i.pfundius ⁊ pfecti9 (de fonte).i.gratia(deitatis).i.diuinitatis(quoꝝ).s. euāgelistaꝝ (doctrina) .i.illuminatio(trahat).i.extrahat nos(de sentina).i.macula(vitioꝝ).i.peccatoꝝ(sic).i.tali modo(pducat).s.nos christianos (ab imo).i. a psenti seculo (superius ad diuina).i.ad regna eterna celorum. ¶ Vocabula.

Forme euangelistaꝝ sunt in christo.

Christus habet pdictas quattuor formas. Nā homo nat9 vitulus aut bos dicit:qr imolatus est p bonis. Leo dr:qr surrexit a mortuis:sicut leo catulos suos fertur excitare. Aquila dr christus in ascensione:qr ascēdit altissime. Quadriformis adiectiuū est a noie quadrū. Quidā libri habent quēq suā formulā. Tunc debet sic exponi(sua formula).i.dispositio(figurat).i.repsentat(quemq).i.quēlibet eoꝝ(vt audisti).i.sicut ratiōib9 coprobatū pcepisti. Bestialis a bestia dr ad modū eius viuens. Discretalis visus.i.discretio vel prudētia euangelistaꝝ. Est lux.i.scat p lucē quā ppheta videbat apud hec animalia. Paradisus aūt sm diuersos inuenit i diuersis generib9. Sed in masculino frequēter dr ille locus.a para qd est iuxta:⁊ disus amenitas.qr in paradiso sunt voluptates delitiaꝝ. Quattuor aūt sunt flumina egredientia ex fonte paradisi.s.physon nilus eufrates tigris.p que scant qttuor euangeliste:rigantes totā dei ecclesiā. Vireo verbū neutrale secūdi ordinis:idē qd floreo. Abundo siliter verbū neutrū est primi ordinis:scat qsi satis habeo. Superius aūt aduerbū est loci vel cōparandi.⁊ dicit a supra. Sentina dr fossa circūuallata:vel melius aqua fetida in fundo nauis:aut locus in quo fluitur aqua nauis. Bernar. Sentina oim maloꝝ est auaricia. Debriare idē est qd inebriare vel implere. Sed aliqui textus habent:hoꝝ fonte debibatis. Tunc debet sic exponi:Bibatis.i.gustetis.riuos.i.doctrinas:hoꝝ.s.euangelistaꝝ. Sed melius est vt diximus. ¶ Notandum qualiter scriptura pphetaꝝ est manifesta p figuras qttuor animaliū irrationaliū. Intellige q iste qttuor figure nō sunt in euangelistis naturaliter:vel sm cursum nature eis connexe. qr vt sic tunc essent monstra. Sed iste figure sunt eis appropriate sm proportionē materie. De quib9 materijs scripserunt euangelia. qr Matthe9 scripsit de natiuitate christi:⁊ habet figurā hois. Lucas de passione eius: ⁊ habet figurā bouis. Marcus de resurrectione christi:⁊ habet figurā leonis. Joannes de ascensione christi:⁊ habet figurā aquile. Vñ legitur in Apocalypsi:q hec qttuor animalia habuerunt alas:⁊ dispositio eoꝝ erat quasi rota in medio rote:⁊ vnūquodq ibat ante faciē suā:⁊ cū ambularēt ambulabāt simul vt rote. Vñ de isto dicit btūs Hieronymus in glo. Ezechielis:q quodlibet animalium habuit qttuor facies ⁊ quattuor pennas.

De figuris euāgelistaꝝ.

Vt has possimus intelligere oportet nos imaginare aliqd anial habēs caput quadratū. Et in qualibet superficie oportet imaginari vnā figuram: ex parte anteriori faciē hominis:ad dexterā faciē leonis: ad sinistrā faciē bouis:a parte posteriori faciē aquile. Igit dicit btūs Grego. Facies hominis ⁊ facies leonis a dextris ipsoꝝ: facies xo vituli ⁊ aquile a sinistris ipsoꝝ qttuor. Licet quodlibet habuit qttuor facies:tamē p excellētiā cui

libet euangeliste est vna facies attributa ẜm exigentiā materie de qua scri psit euangeliū. Et sic habeť ꝙ cōtemplatio ipsoꝝ sit equalis: ⁊ quodlibet eoꝝ his q̄ttuor figuris describiť. Notandū scđo. Mundus cōparať paradiso ꝓpter quandā similitudinē. qr ex paradiso ortū est primū peccatū ⁊ prima mandati transgressio: sic ꝙ ibi facta est mūdi damnatio: ⁊ totus mūdus pctis est plenus. Et fluuius qui egrediť de paradiso diuidiť in quattuor: sicut mundus diuidiť in q̄ttuor regiones. s. orientalē: occidentalē: australē ⁊ septentrionalē. Et ergo mūdus cōparať paradiso. Vñ autor appellat euangelistas riuos ꝓpter siīitudinē. qr sicut totus mūdus irrigať q̄ttuor fluminibꝫ de paradiso emanātibꝫ: sic totꝰ mūdus inebriať ⁊ informať doctrinis q̄ttuor euāgelistaꝝ. Et ideo Ps. dicit: Riuos eius inebriās ⁊c̄. Quoꝝ riuoꝝ fons est christus. De quo diciť in euange. Qui biberit aquā quā ego do. i. qui audierit meā doctrinā ꝑ euangelistas traditā: fiet in eo fons aque vite ⁊c̄.

Cōparatio mundi ad paradisum.

¶ De martyribꝫ Sequentia.

O Beata beatoꝝ martyrum solennia. O deuote recolenda victoꝝ certamina.

Digni dignis fulgent signis: ⁊ florent virtutibꝫ. Illos semper cōdecenter veneremur laudibus.

Fide voto corde toto adheserūt domino. Et inuicti sunt adducti atroci martyrio.

Carcerati trucidati pertulerunt plurima: Igne lesi: ferro cesi tormentoꝝ genera.

Dum sic torti cedunt morti carnis per interitum: vt electi sunt adepti beatoꝝ premia.

Per contemptū mundanorū ⁊ per bella fortia meruerūt angeloꝝ victorū consortia.

Ergo facti coheredes christo in celestibus: Apud ipsum vota nostra promouete precibus.

Ut post finem huius vite ⁊ post trāsitoria In perenni mereamur exultare gloria.

¶ Ista est sequētia tertia de cōmuni sanctoꝝ. In qua autor tangit solennitatē omniū sanctoꝝ martyrū in generali. Nā exclamādo extollit solēnitatē eoꝝ: reddēs causam debite solēnitatis. Vñ eos inuocat ad intercedēdū

ꝓ nobis. Dicẽs. ¶ Ordo. (O beata solennia).i.magne solẽnitates(beatoꝝ martyꝝ).s.christi dñi(o certamina).i.pugne(victoꝝ).i.sanctoꝝ martyrũ(recolenda).i.veneranda(deuote).i.humiliter.s.a pplo christiano. Nam (digni).s.martyres(fulgent).i.resplendẽt(dignis signis).i.miraculis(⁊ florent).i.splendẽt(virtutibꝫ. Quare nos(veneremur).i.honoramus (semp).i.omni tpe(cõdecenter).i.honoranter ⁊ venerabiliter(illos).s.martyres (laudibꝫ).i.canticis ⁊ gratiaꝝactionibꝫ. Vñ nunc reddit causam q̃re scti martyres sunt extollendi laudibꝫ dicens: Sancti martyres(adheserũt).i. astiterũt(dño).i.iesu christo(fide).i.in cõfessione fidei(voto).i.in ꝓmissione(⁊ toto corde).i.intẽtione(inuicti).i.insuperabiles:⁊(sunt addicti).i.adiudicati(atroci martyrio).i.crudeli tormento(⁊ sancti martyres carcerati).i. carcere inclusi(trucidati).i.puniti(⁊ lesi).i.perusti(igne).i.flãma(⁊ cesi).i. ꝑcussi(ferro).i.gladijs(ꝑtulerũt).i.sustinuerũt(plurima genera).i.varias penas (tormentoꝝ).i.terribiliũ instrumentoꝝ penaliũ.(Dũ).i.qñ sancti martyres (sic torti).i.puniti(cedunt).i.cedunt(morti).s.tẽporali(ꝑ interitũ).i. mortem (carnis).i.vite tẽporalis(Vt).i.sicut(electi).i.p̃destinati a deo(sunt adepti) .i.acquisierũt(premia).i.mercedẽ(beatoꝝ).s.regna celoꝝ(ꝑ cõtẽptũ).i. spretũ(mundanoꝝ).i.tẽporaliũ(⁊ ꝑ fortia).i.virilia bella(victores).i. superatores (cõsortia).i.societates(angeloꝝ).i.ciuiũ celestiũ(meruerũt.) Ideo hic inuocat sctõs martyres vt intercedant ꝓ nobis:dicens(Ergo)sancti martyres (coheredes).s.sunt in hereditate participes(christo).i.filio dei (in celestibꝫ) .i.in regno celoꝝ(vos ꝓmouete).i.dirigite(vota nostra).i. desideria (p̃cibꝫ) .i.orationibꝫ vestris(apud deũ).s.omnipotentẽ(vt).i. quatenꝰ (post finẽ).i. terminũ(huius vite).s.tẽporalis(⁊ post transitoria).i. res mutabiles huius mundi(mereamur).i.digni simus(exultare).i.cõgaudere (in perenni glĩa) in vita eterna. ¶ Vocabula. Beatus dr̃ qui oĩa habet: ergo nemo in h̃ mundo beatus. Martyr nomẽ grecũ:qd̃ latine testis interp̃tat̃. Addicere est adiudicare:vt.s̃.in seq̃ntia Petre summe. Inde addictus ꝑticipiũ p̃teriti tpis a passiuo addicor:idẽ qd̃ adiudicatus. Tortus participiũ p̃teriti tpis:a passiuo verbo torq̃or. Atrox.i.crudelis. Atrocitas.i.crudelitas. Cedunt morti.i.moriunt̃. Nã cedimus illi a q̃ separamur vel superamur:ergo cedunt morti q̃ separant̃ vel superant̃ a morte. Contẽptus est cõtemnẽdi actio. Perennis vel perennꝰ.i.ꝑpetuus:q̃si ꝑ annos.⁊ sic scribit̃ sine h aspiratione ⁊c̃. ¶ Notandũ. Scribit̃ Machabeoꝝ.j. Moriamur in simplicitate nr̃a: ⁊ testis est nobis deus:qm̃ iniuste ꝑdidistis nos.

De antiocho macedone.

Ista sunt verba filioꝝ israel ad Antiochũ: qui post mortẽ alexandri magni vocabat̃ macedo:qr prius regnauit in grecia. Et diuisit regnũ suũ.xij. pueris eius:q̃ oẽs imposuerunt sibi diademata:⁊ multiplicata sunt multa mala in terris. Et surrexit in terra radix peccati filꝰ antiochi:q̃ erat obses rome:⁊ grauiter tribulauit pplm dei. Et surrexit dux populi ꝯ antiochũ:⁊ cõgregauit pplm magnũ. Sed antiochus inuasit filios israel in die sabbati. Sed ipsi negauerũt preliũ:ne polluerẽt diẽ sabbati.dicẽtes: Moriamur in simplicitate. Et hoc fuit p̃sagiũ mortis sctõꝝ martyꝝ: q̃ innocẽter

Sermo de martyribꝫ.

occisi ad gaudia celestia transierũt. Vñ in verbis p̃dictis sancti martyres dupl̃r cõmendant̃. Primo rõne patiẽtie.cũ dr̃: Moriamur ⁊c̃. Scdo rõne innocẽtie.cũ dr̃:testis est nobis deus. Primũ declarat̃:nã in omnibꝫ tribus

latiōnib9 erant patientes ⁊ insidias fortiter sustinētes. Un̄ in lib. Sap. dr:
Corā hominib9 tormenta passi sunt: deus tentauit illos. Et alibi: Beatus
vir qui suffert tentationē. Tentatio em̄ patientiā operat: patientia ꝓo op9
bonū. qd opus est meritoriū eterne vite: qm̄ anie iustoꝝ in manu dei sunt.
Deinde declarat secundū. Nā vox sanctoꝝ martyrū qtidie clamat ad do
minū ꝑ vindicta suoꝝ inimicoꝝ. Un̄ in Apocaly. Uidi sub ara dei voces
occisoꝝ clamātiū: Dn̄e quare nō defendis sanguinē nostrū? Et acceperūt
diuinū responsum: Adhuc sustinete modicū tēpus: donec impleat numer9
fratrū vestroꝝ. Un̄ Ps. Uindica dn̄e sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ q̄ effusus ē.
Sed ex isto videt ꝙ sancti dei sunt iniusti ⁊ legis transgressores: q2 petūt Arguit.
vindictā. Nā dr in euāge. Matth. Orate ꝑ ꝑsequentib9 vos ⁊ calūnianti
bus. Dicendū ꝙ sancti nō petunt vindictā malicie: sed rogant deū ꝑ vin- Uindicta
dicta gratie: vt cognoscant se deliquisse in amicos dei: vt ꝯuertant ad do duplex.
minū: ⁊ penitentiā agant ꝑ delictis. Et quia sancti martyres hac duplici
virtute fulgent. s. paciētia ⁊ innocentia: merito cū dignis laudib9 extollunt
Un̄ dicunt victores: nō ꝙ vicerunt suos aduersarios eos interficiēdo: sed
virtutib9 transcendēdo. Quis em̄ corpaliter mortui sint: tn̄ spiritualiter vi-
uificant. Et hoc declarat dupliciter. s. ethice ⁊ theologice. Ethice sic. dr
qrto Ethicoꝝ: Melius est mori q̄ȝ facere cōtra bonū virtutis. Un̄ Ho-
merus laudat quendā puerū morti libere subeuntē: ne indigna a suis nata
libus sustineret aut pateret. Et ergo sancti martyres mortui sunt: ⁊ ad vi-
tā translati: q2 oculis insipientiū visi sunt mori: illi aūt sunt in pace. Theo
logice sic declarat. q2 dicit euangeliū: Nolite timere eū q̄ pōt corpus occi
dere: sed timete eū qui corpus ⁊ animā habet mittere in gehennā. Necesse
est em̄ vt vitā eternā mors ꝑueniat. Un̄ in euāge. Nisi granū frumenti ca
dens in terrā mortuū fuerit: ipm̄ solū manet. Notandū scdo. Ad felicita
tē cuiuslibet hoīs requirit fides. Un̄ Apls. Fratres nolite iugū ducere cū De fide.
infidelib9. Ex quo vult ꝙ fidelitas ⁊ infidelitas distinguunt: sicut deus, ⁊
diabolus. Fides em̄ multa operat. Nā fides mōtes transfert: vt dicit mar-
cus in euāge. Itē apls ad Heb. multos de patrib9 nostris enumerat q̄ ꝑ fi
dē vicerunt regna: opati sunt iusticiā: adepti sunt repromissionē. Deinde ꝑ De spe.
votū intelligit spē: q̄ sūme necessaria est. Nā desperatio est maxima causa
interitus: sed bona spes nō ꝑmittit cōfusionē. Un̄ Ps. In te dn̄e speraui:
nō cōfundar in eternū Et alibi: In te sperauerūt: ⁊ nō sunt cōfusi. Sed ꝑ De charita-
cor dat intelligere charitas: q̄ est in corde puro. ⁊ est sūme necessaria: q2 si- te.
ne charitate nullū opus ad effectū ꝑducit. Un̄ apls. Si linguis hoim lo
quar ⁊ angeloꝝ: si oēm substātiā meā do pauperib9 ⁊c̄. charitatē aūt nō ha
bēs factus sum sicut es sonās aut cymbalū tinniens. Notandū tertio: ꝙ
autor enumerat plura gn̄a tormētoꝝ: q̄ nō debēt intelligi vni martyꝝ acci- De martyrio
disse: sȝ diuersis diuersimode. vt dt apls. Nā alij secti: alij trūcati: alij ꝑ oc- ⁊ passiōe san
cisionē gladij mortui sunt ⁊c̄. Sȝ in h oēs ꝯueniūt: q2 oēs testimonio sunt ctoꝝ.
ꝑbati. Un̄ īpossibile est ꝙ hō ī hac vita anq̄ȝ habeat dilectionē ad futurā
gloriā ꝑ passiōes corpales trahat. q2 caro freq̄nter ꝯcupiscit aduersus spi
ritū: ⁊ hmōi passiōes faciūt hoiem morti cedere: ne caro patiat interitum:
Sed ad resistendū hmōi ꝯcupiscētijs requirit spūs fortitudinis: quo hō
confortat: ne tpales passiones timeat ꝑ eterna gloria acquirenda ⁊c̄.

Martyres sunt heredes christi. Notandũ quarto. Sancti martyres maxime dicunt coheredes christi. Nã hereditas christi p martyriũ acquirit: iuxta qđ dicit Petrus aplus: Christus passus est p nobis: nobis relinquẽs exemplũ vt sequamur vestigia eius: qui peccatũ nõ fecit: nec dolus inuẽtus est in ore eius. Vñ Apls ad Corin. Sicut fuimus socij passionũ: sic ⁊ erim⁹ socij cõsolationũ. Sic idẽ ad Roma. ait: Vos estis dei filij: ergo ⁊ heredes. et si heredes: ğ celestis regni participes. Quare dignũ est vt eos imploremus: quatin⁹ ipsi vlterius p nobis ad deũ intercedant: ⁊ impetrẽt nobis eternã vitã post istã.

De corpore glorificato. Nã nullus hoĩm corpaliter põt intrare regnũ celoꝝ: nisi corpe glorificato post mortẽ tẽporalẽ. Ratio est. q̄: corpus terrestre ⁊ mortale nõ põt glorie celesti coequari: cũ ipsa sit sempiterna: ⁊ ergo indiget glorificatione. Quã nobis det deus benedictus in secula. Amen.

¶ De confessorib⁹ Sequentia.

O laudes saluatoris mẽs incitet humilis. Sentiat hunc diem iusta de causa celebrẽ. Gaudeat ⁊ sese sic pia vota promere.

Hodie celoꝝ secreta petijt lux pontificũ: vel confessorum. Jugiter in choro sanctoꝝ splendens vt sidus aureum.

Et gaudiũ angelis factũ est ex aduentu comparis. Fuisse quẽ angelum domini constat exercituũ.

Qui cuiq͂ suam tritici dans mensurã: Ad fidei caulas cõgreg⁹ns ouiculas lupi preuidit insidias.

Fidelis ⁊ prudens: credita distribuens: sic dedit ad mensam domini pecuniã: vt dignam faceret vsuram.

Beatus hic seruus: quẽ cũ venerit dñs ita inuenerit probatum in terra: sup omnia statuet illũ in patria.

Ad tanti patris gloriam celebrandam clerus cõcinat laudẽ dignã: ⁊ populus letis respondeat vocibus.

Dicamus omnes cernui tanto patri: iũgat se suo grex pastori: ⁊ precib⁹ fusisq͂ lachrymis clamemus.

Pastor bone miserere ecclesie: tuisq͂ precib⁹ refoue. Cõfer opem plebi tue: pces intẽde: ⁊ pio iuuamine maculas dilue.

In via nos adiuua:colloca in patria:redde que speramus bona.

¶Illud est iam canticũ aliud:in quo autor tãgit materiã alicuius cõfessoris;put ipsa materia respicit quẽlibet cõfessorẽ ⁊ in cõmuni. In q̃ hortat populũ ad festiuitatẽ sanctoꝝ cõfessoꝝ:reddens causam hu⁹ celebritatis: ⁊ dans modũ inuocandi quẽlibet cõfessorẽ.Dicens. ¶Ordo. (Humilis mens).i.deuota anima christiana(incitet).i.instiget(ad laudes).i.ad honorẽ(saluatoris).i.omnipotẽtis christi(vt).i.ꝙ(sentiat).i.cognoscat (hunc diem).s.sancti cõfessoris(iusta de causa).i.rõnabili rõne.s.esse (celebrem).i.celebrandã. Et aĩa christiana(gaudeat).i.letet(sic).i.taliter vł eo modo(sese).i.seipsam(promere).i.decantare(pia vota).i.deuotas suas orationes.Quare nũc reddit causam laudis dei ⁊ sctõꝝ suoꝝ:dicens:Fidelis aĩa merito gaudet in isto die:nã(lux).i.claritas seu gratia (pontificum).i: sctõꝝ ꝯfessoꝝ ⁊ episcopoꝝ ac doctoꝝ ⁊ eremitaꝝ(petijt).i.accessit(hac die).i.hodie vel in hac solennitate(secreta).i.altitudinẽ(celoꝝ).i.poloꝝ. (Igit).i.ꝑpter hoc.s.est(splendens).i.rutilans (in choro sanctoꝝ).i.in celesti gł'ia (vt).i.sicut(aureũ sidus).i.stella ĩmaculata (⁊ gaudiũ).i.magnũ desideriũ (factũ est angelis).s.in celo existẽtibꝫ(ex aduentu).i.p̃sentia(cõparis).i. noui socij(quẽ).s.sociũ(constat).i.manifestũ est(fuisse).i.extitisse(angelũ).i.põtificẽ(exercituũ).i.populoꝝ(domini).i.dei omnipotentis. (Qui).s. domin⁹ est(dans).i.tribuens(cuiqꝫ).i.vnicuiqꝫ(suam mensuram).i.debitã informationem(congregans).i.colligens(ouiculas).i.hoĩes errantes(ad caulas).i. ad ouile(fidei)hoc est ad ecclesiã(⁊ preuidit).i.destruxit(insidias).i. inimicitias(lupi).i.diaboli vel eremi.(Fidelis).i.fidus(⁊ prudens).i.sapiens(distribuens).i.diuidens(credita).i.sibi cõmissa:qꝛ(hic).s.confessor(dedit).i.exposuit(pecuniã domini).i.predicationes ⁊ doctrinas(ad mensam).s.in cõuersionẽ plurimoꝝ hominũ(vt faceret vsuram).i.acquisitionẽ ⁊ lucrũ (dignaꝫ).s.in regno celoꝝ.(Hic seruus).i.iste pontifex.s.est(beatus).i.sanct⁹: (quem).s.seruũ(dominus).i.deus omnipotens(cũ).i.qñ(venerit).s.in nouissimo die(inuenerit).i.reperiet(ita).i.taliter.s.vigilantem super gregẽ suam (probatũ).i.confirmatũ(in terris).i.predicationibus(⁊ statuet).i.confirmet (illum).s.seruũ(in patria).i.in regno celoꝝ(super omnia).s.bona sua. Nam (chorus).i.congregatio christifideliũ (vel clerus).i. congregatio clericoꝝ (concinat).i.decantat(dignam laudem).i.debitam reuerentiã(ad celebrandam).i.recolendã(gloriam).i.honorẽ(tanti patris).i.tam sancti cõfessoris: (⁊ populus).s.laicalis siue vulgus(respondeat).i.responsa dat(letis vocibus).i.dulcibus melodijs.(Omnes nos cernui).i.deuoti(dicamus).i.dicere debemus:vel laudem resonemus(tanto patri).i. tam magno patrono (⁊ grex).i.populus christianus(iungat).i.associat(se suo pastori).i.patrono (⁊ clamemus).i.rogemus istum sanctũ scꝫ confessorẽ (precibus).i. orationibꝫ (⁊ fusis lachrymis).s.pro peccatis nostris.(Pastor bone).i.o sancte cõfessor(tu miserere).i.misericors sis(ecclesie).s.christiane(⁊ tu refoue).i.nutrias(tuis p̃cibꝫ).i.continuis orationibus(⁊ confer).i.concede(tue plebi).i.populo christiano(opem).i.auxilium(⁊ attende).i.exaudi(preces).i.orationes

nostras(⁊ dilue).i.relaxa ⁊ purga(maculas).i.peccata nostra (pio iuuami-
ne).i.tua pia intercessione(adiuua).i.succurre nobis:vel cõserua nos chri-
stianos(in via).i.in hac tpali vita(⁊ colloca).i.repone(in patria).i.in regno
celoꝝ(⁊ redde.i.tribue nobis(bona).s. celestia(que speramus).i. optamus
⁊ expectamus futura:⁊ pro quibus in hoc mundo laboramus ⁊c.
¶ Vocabula. Incitor passiuũ primi ordinis a freqntatiuo incito: quod
fcat instigo vel cõmoueo:ab in ⁊ cito as. Promo est verbum transitiuũ
tertie coniugationis:⁊ significat decantare. De accipitur pro propter:vt
qua de re:id est propter quã rem.his de causis.i. propter has causas. Pe
ro quandoqꝫ significat adeo. Vergi. Spelunca petit ⁊c. Ita ⁊ hic ponit.
Compar dicit equalis aut socius:⁊ corripit a in obliquis:sicut impar.
Caula est ouile:dictũ a cauea:vel a greco aule. Item ouicula fit a noĩe
ouis:sicut auicula ab auis:nauicula a nauis. Triticũ nomen neutrale si
gnificat fructũ terre:carens plurali numero. Inde triticeus adiectiuum.
Distribuens participiũ a verbo distribuo:quod venit a verbo tribuo ⁊ p̃-
positione dis. Dedit pecuniã domini ad mensam vsurario. Usura dicit
quodlibet lucrum:siue licitũ siue illicitum. Et fit ab vtor: nam vtendo lu
cramur. Patria dicit locus natalis. Vñ patria nostra est celum: quia il-
lic pater noster habitat. Clerus est multitudo clericoꝝ. Clerici sunt qui
diuino cultui sunt deputati. Cernuus dicit inclinatus ⁊ supplex: vel hu
milis ⁊ deuotus.a verbo cerno venit:quia cernuus.i.deuotus semp cernit
intra se. Et est adiectiuũ: complens suũ comparatiuũ cũ aduerbio magis
⁊ ꝓprio positiuo. Diluo verbum significat purgo vel lauo. Vñ vinũ di-
lutum dicimus.i.aqua mixtũ. ¶ Notabilia. Notandũ primo. Scribit
in libro Sapiẽ: Et quis sicut hierobabel sacerdos magnus: qui in vita
Sermo de confessoribꝰ. sua suffulsit domũ:⁊ in diebus suis corroborauit templũ. Hec sunt verba
scripta de hierobabel:qui renouauit templũ dei post transmigrationẽ ba-
bylonis. Que possint cõuenienter ad quẽlibet confessorẽ applicari: quia
in his verbis principaliter tria attendunt. Primo sacramentoꝝ dei cõmu-
nicatio. Secũdo sancte ecclesie edificatio. Tertio christiane fidei cõfir-
matio. Et hec tria requirunt ad quemlibet doctorem fidei:qui designatur
Hierobabel quid. hoc nomine hierobabel. Nam hierobabel interpretat quasi dissipator con
fusionis. Vñ quilibet predicator tenetur confusionẽ populi sui dissipare:
Sacerdotũ officia. ⁊ sanctã fidem cũ summa diligẽtia informare. De primo dicit Apostolus
ad Hebreos: Omnis pontifex ex hominibus assumptus:pro hominibꝰ cõ
stituit in hꝭ que sunt ad deum: vt offerat dona ⁊ sacrificia pro peccatis
hominũ. Cum igitur nomen sacerdotis sit equiuocũ.quia nõ omnes sacer
dotes sunt participes huius nominis hierobabel:sed quidã magis sunt fa
ctores confusionis q̃ dissipatores: Ideo qui digne cõmunicat:opus suuz
sine reprehensione perficit. Et ergo nõ tm̃ dicitur sacerdos: sed sacerdos
magnus sub admiratione. Deinde declaratur secundũ: scz sancte ecclesie
edificatio. Nam propterea filius dei venit in hunc mundum: ⁊ elegit con
fessores ⁊ predicatores:a quibus ecclesia confortabat:ambulans in timo-
re domino. Et figura istius ecclesie fuit edificatio tabernaculi. De quo
legit in Exodo: Dñs elegit ad edificationẽ tabernaculi speciales artifi-
ces: voluntatẽ habentes in lege domini. Et per istas figuras innuit dispo-

sitio tabernaculi nostri et sancte ecclesie: que hodierna die ex doctrina fidelium edificatur. Deinde declaratur tertium: scz sancte fidei confirmatio. Nam ratione carnalis concupiscentie plurima mala oriuntur homini: propter que aliquando ex suggestione diaboli oritur desperatio: aliquando prauitas heretica ex malo intellectu articulorum fidei. Et ergo habemus exemplum sanctorum predicatorum: que sunt nobis confirmatio in fide: templum et ecclesiam domini roborantes. Igitur hec sequentia in laudem et honorem sanctorum confessorum est decantanda. Quare dicit in littera: Ad laudes saluatoris. quia omnis laus que exhibetur sanctis: precipue et principaliter exhibetur ipsi deo. iuxta illud Ps. Laudate dominum in sanctis eius. Et ratio huius est. quia omnis operatio est ratione finis: vt dicitur primo Ethicorum. modo optime operationis optimus erit finis. igitur laus erit finis optimi iesu. Laus sanctorum est laus dei.

Notandum secundo. Ad reddendum causas quare gaudendum sit in festo alicuius patroni: multas autor introducit historias et parabolas. Primo enim dicit doctorem sancte fidei esse tanquam sidus aureum. Unde Daniel: Qui autem docti fuerint: fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui ad iusticiam erudiunt multos: sunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Secundo commendat eum: quia est socius angelorum. iuxta illud Malach. v. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: et legem exquirunt ex ore eius. quia angelus domini exercituum est. Tertio autor tangit parabolam quam posuit Lucas in euangelio. de sanctis confessoribus. quia fidelis seruus et prudens quem constituit dominus super familiam suam: ad regendum ipsam: vt det illis in tempore tritici mensuram. i. bonam doctrinam. Quis est hic? et laudabimus eum. Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus in extremo iudicio inuenerit ita facientem: et in talibus virtutibus laborantem. Bene dico: quia super omnia que possidet constituet eum in regno celorum. Quarto tangit parabolam aliam: quam scribit Joannes in euangelio suo. Fidelis confessor est tanquam pastor bonus: et non mercenarius. quia dum ille videt lupum venientem fugit: sed pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Sic iste confessor custodiuit populum suum: et reduxit eum ad ouile fidei: vt fieret vnus pastor et vnum ouile. Quinto autor tangit parabolam quam scribit Mattheus in euangelio. Homo quidam peregre proficiscens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua. Uni quidem dedit quinque talenta: alteri duo: alteri vero commisit vnum. Sed iste confessor cuius hodie festum peragimus: pecuniam sibi commissam dedit ad mensam domini cum magna vsura: quia multas animas deo acquisiuit. Quare dictum est ei: Euge serue bone et fidelis: quia in pauco fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Conditiones boni confessoris sunt quinque.

Notandum tertio: quia autor dicit in littera: In via nos adiuua. Dicit b. Augu. in homelia super Matth. quod in hac vita sumus quasi in via: per quam ad patriam tendimus. Unde vita presens via dicitur: de qua nos viatores appellamur. Sicut enim viator est in motu continuo tendens ad terminum: sic in ista vita sumus in motu tendentes ad requiem. Et ergo in via petimus iuuari: vt perueniamus ad patriam: que est vita futura: et terminus vite nostre. Ad quam terminatur omnis tribulatio et angustia: et in qua est gaudium et requies sempiterna. Et in hac patria petimus nos ex virtute huius confessoris feliciter collocari: vt beneficia celestia que speramus nobis tribuantur etc. Que nobis donet dominus noster iesus christus etc. Vita presens via est: et nos viatores.

Exultent filie sion in rege suo: nescientes thorum delicti crimine sordidatum. Quare christe spōsus virginum virginis es filius.

Cuius gratie mira opera in sanctis tuis sunt merita. Ut das cernere hac in virgine: cuius hec festa sunt hodie.

Que fragili sexu femineo viriliter carnis iure domito: Angelicam hic vitam duxerat in carne dū p̄ter carnē vixerat.

Hoc miratur serpens antiquus: calcaneum eius obseruabat callidus. Qui nocere dum machinatur: sub pedibus femine caput eius teritur.

Insidias hostis hanc christe docuisti virginem vincere in prima cōgressione. Dum nō cōsentiret: sed illi resisteret: vincere qui solet tentatos si non repugnent.

Quem hec virgo resistens a se fecit fugere: quo fugato appropinquauit tibi domine. Nunc inter virgines adducta: post eam que mater est intacta: virginum virginis marie digna est pedissequa.

Te agnū sine macula iam seq̄t stola cādida filiū virginis quocū virginū flos ierit. Cui⁹ intercessiōe tu nos tuere.

¶ Ista est alia sequentia de cōmunibus festis sanctoꝝ cōposita: in festiuitatib⁹ virginum decantanda: cuius materia respicit castitatē virginalem. Et procedit autor in ea tali modo acsi tm̄ de vna virgine loqueret: q̄uis poterit pluribus applicari. Et diuidit ista sequētia in tres partes. In prima parte hortatur quālibet animā fidelem ad gaudendū de cōstantia virginali. In secunda cōmendat quālibet virginē ratione resistentie tentationum carnaliū. In tertia parte describit gloriam ꝛ remunerationē eius in celo. Uñ in prima parte introducit vnam prophetiam que scribit vltimo psalmo. Per quā hortat quamlibet fidelē animā ad gaudendū dicens.
¶ Ordo. (Filie sion).i. ecclie vel virgines (exultēt).i. gaudēt (in rege suo).i. in christo (nescientes thorū).i. lectū (sordidatū).i. maculatū siue pollutū (crimine).i. peccato (delicti).i. luxurie. (Quaꝝ) scꝫ virginū (o christe).i. saluator (tu es).i. existis (sponsus).i. maritus (virginum) scꝫ sanctaꝝ (ꝛ filius).i. natus (virginis) scꝫ marie (cuius) scilꝫ filij (merita).i. premia (in tuis sanctis).i. electis (sunt).i. existunt (mira opera).i. miracula (gratie).i. glorie (vt).

i. sicut(tu das).i.tribuis(cernere).i.videre(in hac virgine)scz sancta(cuiꝰ) scz virginis(hec festa).i.presentes festiuitates ⁊ solennia (sunt).i.coluntur ⁊ celebrant(hodie).i.hac die per vniuersum mundū. (Que)scz virgo (domito).i.refrenato(iure).i.potestate(carnis).i.corporis(duxerat).i. ducebat (fragili).i.debili(femineo sexu).i.muliebri(hic).i.in presenti mundo(in carne).i.in corpore humano(angelicā vitam).i.vitā angeloꝝ(dum).i.quando scz ipsa virgo(vixerat).i.viuebat(preter carnem).i.cōcupiscentias carnis: ita eñ domuit carnē suam. Vñ nunc descendit ad probandū illa q̄ prius dicta sunt de constantia virginali: dicēs(Hoc)scz ꝙ tam debilis virgo viriliter domuit carnē suam(antiquus serpens)scz diabolus existens inimicus castitatis virginalis(callidus).i.astutus(miratur).i.multū obseruabat (⁊ sequebat calcaneum).i.transitum(eius)scz virginis.(Qui)scz diabolus (dum).i.quādo(machinat).i.studet vel laborat(nocere).i.vincere vel damnum inferre(caput eius).s.diaboli(teritur).i. cōculcat(sub pedibꝫ femine) .i.virginis. (O christe tu docuisti).i.informasti(hanc virginē)scz sanctam (vincere).i.superare(in prima cōgressione).i. in prima pugna (insidias) .i. deceptiones(hostis).i.diaboli(dum).i.quando virgo sancta(nō cōsentiret) .i.consensum daret(sed)ꝑ tamen(resisteret).i. reluctaret(illi)scilz diabolo (qui)scz diabolus(solet).i.solitus est(vincere).i. nocere ⁊ superare (tentatos)scz ab eo(si non repugnent).i.resistāt.(Quem)scz diabolū (hec virgo) scz sancta(resistēs).i.repellens (fecit).i.coegit(fugere).i.recedere (a se) scz ipsa(quo)scz diabolo(fugato).i.expulso(appropinquauit).i.properauit(tibi) scz christo dño. Quare iam probat dictū ꝓpheticū in principio positū per glorificationē huius virginis: ⁊ remunerationem huius certaminis: dicens: O christe hec virgo est (nunc).i.in presenti(adducta) .i. recepta.s. in regnū celoꝝ(⁊ locata).i.posita(inter virgines)scz sanctas ⁊ beatas: ⁊ collocata(post eam)scz virginē mariā(que)scz virgo maria (est intacta).i. immaculata(mater)scz dñi iesu (⁊ est).i.existit(digna pedissequa).i. famula seu ancilla(marie virginis virginū)nam hec per excellentiā virgo virginū dicitur: Ipsa eñ virgo que hic in mundo militauit induta veste innocentie ⁊ castitatis(sequitur).i.imitatur(iam).i.in presenti(te) scz iesum christum (agnum sine macula).i.immaculatū(candida stola).i. splendida veste(filium virginis)scz marie iesum christū dominū nostrū(quocunq̄).i.ad quē locum(flos virginū).i.virgo maria: que merito dicit flos ⁊ decus omnium virginū(ierit).i.transierit(cuius)scilz virginis(intercessione).i. precibus ⁊ meritis o christe(tu tuere).i.defende ⁊ protege(nos)scilz christianos tuos subditos. Amen. ¶ Vocabula. Editus participiū p̄teriti tēporis a verbo passiuo edor. Et scat hic manifestare. Aliquādo generare. Hora. Mecenas atauis edite regibus. Resisto verbū tertij ordinis: a re ⁊ sisto compositū: scat cōtrariari. Abductus deriuat ab abducor verbo. Sed pedissequa femininū nomen: deriuatū a pes ⁊ sequor verbo: quasi sequens dominā suam. Notandū. Sententia littere potest breuiter haberi extra litteram sub his verbis. Quilibet homo debet congaudere christo: qꝛ est sponsus omniū virginum. Nam multa miraculosa fecit per sanctos suos. Quod etiā patet in hac virgine: cuius festū hodie colimus. quia ipsa contra omnia tentamenta diabolica suam virginitatē conseruauit. Vñ Sa-

piens scribit in lib. Sapie. ca. iiij. Dñs omniū dilexit illam. Quare phūs
De triplici bono.
viij. Ethicoꝝ distinguit triplicē dilectionē penes triplex bonū. Omne em̄
q̄ꝺ diligit sub rōne boni diligitur. Est aūt triplex bonū. s. bonū vtile: dele-
ctabile ⁊ honestū. Dilectio boni vtilis nō est stabilis: qꝛ cessante bono vti-
li talis dilectio corrumpit. Itē dilectio boni delectabilis nō est stabilis: qꝛ
deficiente delectabili corrūpit ipsa. Dilectio aūt boni honesti firma est.
qꝛ causat a bono virtutis respectu cuiuscūq3: delectabilis siue vtilis. Sic
dñs omniū dilexit hanc virginē non tanq̄ bonū vtile. Nam vtilitas rei ar-
guit imꝑfectionē sui possessoris: sed deꝰ oīm ꝑfectus est: ꝭm hyperbole. vt
dꝛ. v. metaphysice. Itē nō dilexit eā tanq̄ bonū delectabile: q̄ꝺ de se simi-
liter arguit imperfectionē delectantis. Sed si hic dicit: ꝙ deus delectet ī
hominibꝫ: qꝛ dicit in ꝑsona Sapiētis: Delitie mee sunt cum filijs hominū.
Dicendū ꝙ talis delectatio nō est boni delectabilis penes q̄ꝺ talis dist in
guitur dilectio: nisi tm̄ siĺitudinarie ⁊ in cōparatione ad nos: sed magꝭ est
boni honesti. Nam bonitas diuina delectat in bonis tanq̄ in suo simili: ⁊
exinde capit vera dilectio ⁊ stabilis: quia dñs omnium dilexit illam. Sed
oīs dilectio causat ex quadā similitudine ⁊ equanimitate. Dñs aūt dile-
xit illam maxime ratiōe duarū virtutū: in quibus ei assimilat. Et sunt iste
scȝ pulchritudo ⁊ fortitudo. Pulchritudo nō tm̄ corporis: sed virtutꝭ. Nā
filius dei speciosus forma pre filijs hominū: vt dicit Dauid. Et huic pul-
chritudini comparata est hec virgo. Naȝ de ea dicit christus: Specie tua
⁊ pulchritudine tua. Ipsa etiā assimilat dño in fortitudine: qꝛ dñs decorē
⁊ fortitudinē indutus est. Sic etiā hec virgo manū suā misit ad fortia: ⁊
in virtute fortitudinis viriliter accincta gladio super insidias diaboli tri
umphauit. Ergo hec sequentia est in laudem eius edita ⁊ publicata.

Sion.
Notandū scd̄o. Sion est mons iuxta ciuitatē hierusalē: ⁊ super montem
edificata est ciuitas dauid. Et interpretatur sion quasi speculatio: ⁊ ꝭcat
quālibet animā speculantē desuper celestia. Vñ dicit Esa. Super montē
excelsum ascende tu qui euangelizas sion. Et iste anime contemplatiue
munde sunt ⁊ impollute: ꝑseuerantes in virginitate. qꝛ christus siue agnus
sine macula est sponsus illaꝝ: Nā in se virgo ⁊ filius virginis. Quare me
rito sponsus virginū appellat. qꝛ ipse est rex filiaꝝ sion: in quo exultabunt
quia regnat in eis. Quod patet per Esaiā: cū dixit: Sion regnabit deus
Serpens antiquus.
tuus. Sed ꝙ hic autor noster loquit de antiquo serpente. i. diabolo: quem
Joannes in Apoca. vocat draconem magnū ⁊ accusatorē fratrū: qui pro-
iectus est de celo per victoriā michaelis. hoc ideo facit: quia iste continue
insidiatur homini ratione antique insidie: quia anima fidelis regnū eius
possidet. Quare in littera tangit verba Genes. vbi deus maledixit serpen
ti dicēs: Ponam inimicitias inter te ⁊ mulierē: ⁊ tu insidiaberis calcaneo
illius: ⁊ ipsa conteret caput tuū. Hec verba fuerunt presagiū omniū vir-
ginum in castitate militantiū: ⁊ principaliter virginis gloriose scȝ Marie:
que in partu suo cōtriuit caput diaboli. i. diabolicas potestates. Et in vir
tute huius virginis quelibet fidelis anima potest insidias diaboli conte-
rere. Nam ipse diabolus est mille artifex. De quo etiā Apostolus premo-
nendo virgines de insidijs diaboli dicit: Nolite seduci: ipse angelus sa-
thane transfigurat se in angelum lucis. Sed hec virgo in sua fortitudine:

cōmendat. quia in prima congressione serpentem antiquū deuicit: & ideo suscepit triumphum glorie. Vñ ad cōmendationē virginitatis dicit Augustinus: Nulla carnis fecunditas sancte virginitati potest comparari: ced at huic omnis fecunditas carnis: omnis pudicitia coniugalis. Sic beatus Hieronymus. Nuptie replent terram: virginitas paradisum. Item virginitas facit hominē deo dilectum. Vñ Beda dicit. Sicut christus in summa paupertate natus est vt se paupertatem diligere ostenderet: ita de virgine natus est vt se decus virginitatis diligere manifestaret. Vñ Hieronymus. Plus amat christus virgines: quia sponte tribuit quod sibi partum non fuerit. Notandū tertio. In hac littera tangunt due prophetie: quibus prophetatū est regnū celorū: quod congregat ex animabus fidelibus & imaculatis. Christus em̄ noster legifer f͠m apostolū surrexit a mortuis: primitie dormientiū: & hunc sequimur conresurgendo. Et beata virgo assumpta est vt ipsam omnes virgines & omnes fideles anime sequantur. Nam de ea scribit Ps̄. Adducent regi virgines post eam. s. beatā virginem. Et proxime eius adducent regi christo in leticia & exultatione. Et adducentur in templū regis. i. in thronū eternitatis: vbi erunt pedissequae istius summe & gloriosissime virginis Marie. Sed alia prophetia scribitur in Apocalypsi. Nam Joannes in visione interrogat: Qui sunt hi? Et dicit angelus: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines em̄ sunt. Et sequunt agnum quocūq; ierit. Illum scilȝ agnum qui occisus est: & lauit nos a peccatis sanguine suo. Et iste agnus immaculatus filius virginis est: & ergo merito habebit ipsum sequens. Et quoniā iste virgines in gloria eternitatis sequunt filiū virginis: qui est mediator dei & hominū: bene & congrue orat etiā vt sancte virgines nos protegant suis precibus: & defendant a malis.

De virginitate.

Duplex prophetia de virginibus.

¶ Alia sequentia de virginibus.

Gaude celestis sponsa: summi regis iam templum ingressa: ad regale iam conuiuiū ducta.

Et mox intratura cubilis secreta: semper virgo mansura. Filius regis amator castitatis seruat locum pudoris.

Huic sponso venienti virgines omnes obuiate. Ferte lampades iam ardentes: in vasis oleum simul deferentes.

Et regium festinanter adornate thalamum. Et regi reguz decantate canticū: solis virginib9 decantandum.

Ianua patet: que parate sunt intrent. Cum sponsus venit: quis eū sequi possit: omnis virgo memor sit.

Ad talia tu nos gaudia perduc christe redemptor: per te memor sponse iunges illi sperantes in te.

¶ Ista sequentia decantat in festo sanctaꝝ virginū. In qua primo alloquit sanctas virgines: ipsas cōmēdando. Scđo tangit quō cuilibet virgini suscepte in celū obuiare debet chorus virginū: et decantare christo laudem. Tertio dirigit petitionem ad christū. Dicens. ¶ Ordo. (O celestis sponsa). i. o btā virgo (tu gaude). i. letare: que (ingressa). s. es. i. q̄ introiisti (iam). i. modo (templū). i. diuinā gloriā (summi regis). i. oipotētis dei (ducta). i. vocata (ad regale cōuiuiū). i. ad celestē mensam (et mox). i. statim (intratura secreta). i. arcana (cubilis). i. regni celestis (mansura). i. pmanebis (semp). i. eternaliter (virgo). s. q2 (filius). i. christus (regis). i. dei oipotētis (amator castitatis). i. virginitatis (seruat). i. cōseruat et retinet (locū pudoris). i. claustra pudicitie. Vn̄ nūc ondit quō christo spōso venienti obuiare debet chorus sacratus virginū: et decantare christo laudē: dicens (O vos sancte virgines sponso). i. christo (venienti). s. de celo (obuiate). i. occurrite: (et ferte). i. portate (iam). i. isto tpe (lampades). i. lumina (ardentes). i. cōburētes: hoc est bona opera (deferentes). i. habentes (oleū) scz miscđie (in vasis). i. in vestris lampadib9. (Et). i. etiā (adornate). i. decorate (festinātcr). i. agitanter (regiū thalamū). i. habitaculū dei omnipotentis (et decantate). i. laudem exhibete (canticū). i. carmē leticie (regi regū). i. christo filio dei (qđ). s. canticū (est decantandū solis virginib9). i. solū a sanctis virginib9. Nā (ianua regni) scz celestis (patet). i. aperta est (intrent) scz per eam ad celestē gloriam: virgines scz (que sunt parate). i. electe (et omnis virgo sit memor). i. recordetur istius (cum). i. quando (sponsus venit). i. intrabit regnum celorum (quis). s. hominū (possit). i. valet (eum) scz sponsuz (sequi). i. imitari. (O christe) scz iesu (redemptor). i. liberator scz per sanguinē tuum (tu perduc nos) scz homines (ad talia gaudia) scz sempiterna (et tu sis memor). i. immemor (sponse). i. ecclesie christiane (sperantes). i. spem firmam habentes (in te). i. in tua misericordia (per te) scz ipsum (sis iungens). i. associans (illi) scilicz regno celesti. Vn̄ christus debet saluare ecclesiā ideo: quia redemit eā suo preciosissimo sanguine. et illud debet seruare in memoria: et ecclesie dare vitam eternam. Quā det nobis iesus christus filius dei viui in secula seculoꝝ: Amen. ¶ Notandū circa litteram: ꝙ sancte virgines merito debent gaudere: quia meritū virginale capit centuplū fructū. Est em̄ virginitas thesaurus qui si semel amissus fuerit: recuperari nō pōt. Et ḡ dr ꝙ virginitas sit recepta ad regale ꝯuiuiū. Licet em̄ alij in celo inestimabili gaudio fruant: nunq̄ tamen ad hoc speciale cōuiuiū virginale pducunt.

Laus virginitatis.

Uñ in lr̃a ponit quandã similitudinẽ: ꝙ regnũ celoꝝ cõparat̃ decẽ virgi- Sile de decẽ
nib9. quaꝝ quinq̃ erant prudẽtes ⁊ quinq̃ fatue. Que vocate ad nuptias virginib9.
prudẽtes acceperũt oleũ secũ in lampadib9 suis. Et veniẽte sponso dormi
tauerũt oẽs. Et media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite
obuiã ei. Prudẽtes q̃ oleũ habebãt dederũt obuiã sponso: accendẽtes lã-
pades suas. Fatue nõ habẽtes oleũ dixerũt prudẽtib9: Date nobis de oleo
vestro: qm̃ lampades nostre extinguunt̃. Prudẽtes rñderũt: Ne forte nob
⁊ vobis deficiat: ite potius ad vendẽtes: ⁊ emite vobis. Et interim spõsus
venit: ⁊ prudẽtes introierũt cũ eo ad nuptias: ⁊ clausa est ianua. Venien-
tes fatue pulsantes dixerũt: Dñe aperi nobis. Rñdit sponsus: Amẽ dico
vobis: nescio vos ⁊c̃. Per decẽ virgines intelligit̃ eccl̃ia: q̃ distinguit̃ ꝑ du Expositio
os quinarios: ꝑ quinq̃ sensus q̃s dedit deus vnicuiq̃. Oꝫ oẽs acceperũt parabole.
lampades secũ: s̃cat opa bona q̃ opati sunt. Sꝫ ꝙ fatue nõ habuerũt oleũ:
s̃cat ꝙ nõ q̃siuerũt diuinã laudẽ: sed exterius humanã laudẽ. Spõso ve-
niente oẽs dormierũt: hoc est ante diem iudicij oẽs moriemur. Sed media
nocte clamor factus est: hoc est in die iudicij ꝑ vocẽ tube sonantis oẽs sil̃
resurgemus. Et tũc prudẽtes ornabãt lãpades suas: ꝑ secreta bona opa q̃
fecerũt. Et tũc fatue q̃ de operib9 bonis laudẽ humanã sumpserũt: nõ ha
bentes oleũ .i. opus meritorũ: dixerũt: Date nobis .i. date tm̃ testimonium
de nobis: q2 scitis ꝙ reputati eram9 beati in mũdo. Tũc prudẽtes dixerũt
Ite ⁊c̃. q.d. Nos nõ habem9 testimoniũ dare de vestris cõsciẽtijs: vix enĩ
possumus iudicare cõscientias nostras. ite potius ad adulatores: q̃ solent
facta vestra cõmẽdare. Quod fecerũt. Et interim sponsus .i. christ9 venit
reddens vnicuiq̃ iuxta opera sua. Et virgines prudẽtes intrabũt cũ eo .i.
hoĩes qui bene egerũt in hac vita. Tũc fatue clamabũt: Dñe aperi nobis:
fac nobis iuuamen. Tunc christus rñdebit: Amen dico vobis: q2 nescio
vos. q.d. Amplius nullã facio misericordiã: sed purã iusticiã. Sic ergo
fatue amiserunt celestia regna ꝙ nullã misericordiã sunt cõsecute.

¶ Alia sequentia de vna virgine.

V Irginis venerande de numero sapientũ festa ce-
lebremus socij. Filie matris summi regis sacro
sancte marie.

Quam sibi in sororẽ adoptauit filius. Hec corpus suum
domuit freno ieiunij: Et luxuriam secuit ense agonie.

Ista contra cunctos mortis dimicauit impetus. Et hostẽ
cruentũ freta christi dextera strauerat.

Hec sponsum aula celi sese inuisentẽ alacris: Corde iocũ
do secutus eius est ingressa thalamum.

Tute iam dulcibus plena delitijs Christo miserias nostras suggerito nobis consolationē precando.

¶ Hec seq̄ntia canit̄ in laudē virginis cuiuscū q̄z. Et eius erit expositio talis. ¶ Ordo. Nos christiani (celebremus). i. colamus ꝛ pagamus (festa). i. celebritates: tanq̄z (socij). i. federati (virginis venerande). i. honorāde (de numero sapientū). s. virginū: existētes. s. (filie sacrosancte Marie). i. bn̄dicte genitricis dei (matris summi regis). s. christi om̄ipotētis. Nā oēs virgines huius filie dicunt̄ (quā). s. filiā (adoptauit). i. recepit (sibi in sororē). i. amicā (filius) dei. s. omnipotētis iesus christus dn̄s noster. Nā (hec). s. virgo (domuit). i. castigauit ꝛ refrenauit (corpus suū). s. tenerrimū (freno ieiunij). i. p abstinentiā corporalē (ꝛ secuit). i. abscidit (luxuriā). i. intēperātiā carnis (ense). i. gladio (agonie). i. certaminis ꝛ martyrij. (Ista). s. virgo (dimicauit). i. pugnauit (cōtra cūctos impetus). i. tentatiōes (mortis). s. eterne: hoc est pcti. Nā p peccatū mors intrauit in mundū: vt dicit apls. Et ipsa virgo (strauerat). i. deuicerat (cruentū hostē). i. seuū inimicū nostrū (freta). i. innixa (dextera christi). i. auxilio omnipotētis. (Hec). s. virgo existēs (alacris). i. iucunda ꝛ gaudēs (inuisentē). i. visitantē (sese). i. seipsam (ex aula celi). i. ex curia celesti (iucundo corde). i. alacri animo (secuta sponsum). i. dn̄m iesum christum (ꝛ est ingressa). i. introiuit (eius thalamū). i. habitaculū. (Tute). i. tuipsa (iā plena). i. repleta (dulcib' delicijs). i. suauib' gaudijs (suggerito). i. insere iaꝫ (christo). s. dn̄o nostro (nostras miserias). i. pauptates. Vel tute. i. iucunde: vt sit aduerbiū a noīe tutus (p̄dicando). i. p̄dicendo (nobis). s. pctōrib' (consolationē). i. adiutoriū. ¶ Vocabula. Filie matrꝫ. i. que virgo est filie sacrosancte marie matris summi regis. Sacrosanctus. i. sacer ꝛ sctūs. Nā sacer ad religionē ptinet: sanctus ad virtutē. Adoptare ꝓo est eligere vel assumere. Agonia est idē qđ agon. i. certamen. Etiā agonia est timor ꝛ solicitudo: maxime in morte īminente. Inde agonalia festa certaminis ꝛ pugne. vt est apud Ouidiū in fastis. Fretus sc̄at cōfisus: vt hoc feci fretus tua humanitate. Tute sc̄at tuipse. Etiā dr̄ tutemet. Vel est aduerbiū. Suggerere est subministrare: tribuere vel admouere. Inde suggestio diabolica i. mala imissio ꝛ tentatio demonis.

¶ De virgine gloriosa dei genitrice Maria sequentia p aduentū dn̄i.

Mittit ad virginē nō quēuis angelū: sꝫ fortitudineꝫ suā archangelū amator hoīs. Fortē expediat p nobis nuncium nature faciat vt p̄iudicium in partu virginis.

Naturā superat natus rex glorie: regat ꝛ imperat: vt zima tollit scorie de medio. Supbientiū terat fastidia: colla subli

misit calcet vi propria potens in prelio.

Foras eijciat mundanũ principẽ: matrẽq; faciat participem patris imperij. Exi qui mitteris: hec dona dissere: reuela veteris velamen littere virtute nuncij.

Accede: nuncia: dic aue cominus: dic plena gratia: dic tecũ dñs: ⁊ dic ne timeas. Uirgo suscipiẽs dei depositũ: in q̄ ꝑficiens castũ propositũ ⁊ votum teneat.

Audit ⁊ suscipit puella nunciũ: credit ⁊ cõcipit ⁊ parit filium: sed admirabilẽ Consiliariũ humani generis: ⁊ deum fortiũ ⁊ patrẽ posteris in fide stabilem.

Cui⁹ stabilitas nos reddat stabiles: ne nos labilitas mũdana labiles secũ ꝑcipitet. Sed dator venie concessa venia: per matrẽ gratie obtenta gratia in nobis habitet.

Qui nobis tribuat peccati veniam: reatus diluat ⁊ donat patriam in arce siderum.

¶ Hoc canticum superadditur ad laudem ⁊ reuerentiam beate virginis Marie. Et sunt eorũ plura cantica: que per ordinez sunt declaranda. Et diuiditur hoc presens canticum principaliter in duas partes. In prima declarat annunciationẽ beate virginis Marie: quomodo fuit Maria ꝑ angelum salutata. In secunda parte alloquitur personas que huic annunciationi affuerunt presentes: reddens causam quare ab isto angelo ⁊ non ab alio fuit salutata. Dicens.

¶ Ordo. (Amator hominis). i. deus amans hominem (non mittit). i. dirigit (quemuis angelum). i. quemlibet nuncium (ad virginem) scz Mariam. (sed) pro tamen (suam fortitudinẽ archangelum), i. gabrielem: qui fortitudo dei interpretatur. Propterea autẽ misit deus gabrielem fortitudinem suam vt ipse archangelus gabriel (expediat). i. nunciaret ⁊ exponat (fortẽ nuncium). i. filium dei (pro nobis) scz hominibus: qui pro nobis missus est a patre in hunc mundũ (vt). s. fortis nuncius filius dei (faciat preiudiciũ) . i. precedens iudicium (nature) scilicet humane (in partu virginis) scz Marie. (Rex glorie). i. christus filius dei (natus) . i. genitus (superat). i. excedit (naturam) scilz omnem (qui regnat). i. gubernat omnia (⁊ imperat). i. precipit omnibus: vel imperium tenet (vt tollat). i. remoueat (zima). i. fermentũ (scorie). i. immundicie (de medio) scilicet mundi (⁊ terat). i. conterat (fastidia). i. tedia (superbientiũ). i. ambientiũ. Et rex glorie (potens). i. valens (in prelio). i. in bello (calcet) id est suppeditet (colla) id est capita (sublimium)

.i.superbientiũ(ꝓpria vi).i.virtute ⁊ potestate(⁊ eijciat).i.expellat (munda
num principē).i.diabolũ(foras).i.extra(⁊ faciat matrē).s. mariã (secũ) .i.in
se(participē).i.partē capientē(imperij).i.regni(patris)scʒ celestis. Vñ nũc
de annũciatione sermonē ꝓsequit᷑. Nã ibi fuit christus tanꝗ̃ a patre mis-
sus:ibi etiã fuit angelus tanꝗ̃ salutãs:ibi fuit virgo maria tanꝗ̃ salutata.
Quare eã specialiter cõmēdat:dicens primo sic(O gabriel tu exi).s. de ce
lo ⁊ veni(qui).s.gabriel(mitteris).s.a deo (⁊ dissere).i.edissere ⁊ enarra ac
expone(hec dona).s.incarnatõis filij dei(⁊ tu reuela).i.manifesta (velamē)
.i.tegmen(veteris littere).i.veteris instrumenti(virtute).i.ꝑ virtutē(nuncij)
.i.filij dei missi in hunc mundũ. Et o gabriel(accede).i.appropinqua (⁊ nũ
cia).i.annuncia nobis filiũ dei(Tu dic:aue).i.sis sine ve salutata(cominꝰ)
.i:de prope(⁊ dic:plena gratia).s.sis virgo maria diuina repleta grã(⁊ dic:
dñs).i.filius dei iesus christus.s.sit (tecũ:⁊ dic) o virgo maria (ne timeas)
.s.q: tu es(suscipiēs).i.accipiēs(depositũ).i.thesaurũ.s.filiũ (dei).s.patris
oĩpotētis(in quo).s.deposito(est ꝑficiēs).i.cõplens(castũ ꝓpositũ).i.castaꝫ
intentionē(ac teneat).i.seruet(votũ).i.desideriũ.s.castitatis. Quare nũc be
atã virginē cõmēdat rõne credulitatis:dicens(Puella).i.virgo maria (au
dit ⁊ suscipit).i.ꝑcipit(nunciũ).i.annunciationē angelicã (⁊ credit).s. ꝟbis
archangeli(⁊ etiã cõcipit).s.ꝑ spiritũ sanctũ in aurē(⁊ parit).i.gignit(filiũ)
.s.suũ iesum christũ:sed tñ nominatũ(admirabilē cõsiliarũ).i. cõsiliatorem
patronũ ⁊ adiutorē(humani generis).i.christianoꝝ(⁊ deũ fortiũ).s.hoĩm (⁊
(Enius).s.patris(stabilitas).i.firmitas(reddat nos).s.homĩes (stabiles).i.
stabilē).i.firmũ(patrē posteris) .i.successoribꝫ (in pace).i.in tranquillitate.
fortes(ne).i.vt nõ(mundana labilitas).i. instabilitas (precipitet).i. cadere
faciat(nos labiles).i.instabiles hoĩes(secũ).i.cũ se:hoc est cũ mũdana labi
litate. Sed tñ(dator).i.tributor(venie).i.indulgentie(habitet) . i.inhabitet
(in nobis).s.hominibꝫ(concessa).i.data(venia ꝑ matrē gratie).i. ꝑ mariam
virginē:⁊ hoc(obtenta).i.cõsecuta(gratia) .s.diuina (qui tribuat).i. donet
(nobis veniã).i.indulgētiã(peccati:⁊ diluat).i.delet(reatus).i.culpã ⁊ pec-
cata(⁊ donat).i.dat ⁊ largit᷑ nobis(patriã).i.eternã vitã(in arce).i. sũmita-
te(siderũ).i.celi ⁊c. ¶ Vocabula. Quẽuis est nomen habens secundam
declinationē ꝓnoĩs:cõpositũ a ꝓnoĩe quis ⁊ syllabica adiectiõe vis. Azi-
ma atis.vel zima me. declinat᷑ sicut pascha:⁊ ſcat fermentũ:sicut azima.
Expedire ſcat aliquē in negocio certificare: sed hic ponit᷑ ꝓ ꝑmittere.
Superbiens participiũ est a verbo sup̄bio: note significationis. Dissero
verbũ tertij ordinis ſcat manifestare. Cominꝰ ⁊ eminus differũt sic. Emi
nus a longe:sed cominus de prope dicas. Nunciũ neu. ge. dr̃ sermo priꝰ
nõ auditus:quē aliquis nuncius exponit. Vergi, Infelix dido felix mihi
nuncius ergo. Preter eñ illud qđ ſcat gerulũ litteraꝝ nuncius: etiã ſcat
rem nunciatã. In quo noĩe errauit noster Vuimphelingus in suis elegan-
tijs. Posterus adiectiuũ idē est qđ vltimus:quasi post nos futurus.

Sermo de cõmēdatione virginis marie.

¶ Notandũ. Scribit᷑ in Canticis canticoꝝ: Introduxit me rex in celaria
sua:⁊ ordinauit in me charitatē. In quibꝫ verbis beata virgo maria du-
pliciter cõmendat᷑. Primo rõne obumbrationis spũssctĩ.cũ dixit: Introdu-
xit me deus ⁊c. Scđo rõne intime charitatis.cũ dixit:ordinauit in me cha
ritatē. De primo dr̃ in Cañ. Sub vmbra illius quē desiderabã sedi. Vñ

Grego. Beata virgo dilexit filiū suū ex toto corde.i.dulciter: ex tota aīa.i. sapienter: ex tota mente sua.i.memoriter: ex omnib⁹ virib⁹ suis.i. fortiter. Vñ ꝛ filio suo in morte firmiter adhesit. Quare beata virgo plurib⁹ reb⁹ cōparat̄.s.aurore: lune ꝛ soli ꝛ castroꝝ aciei. Omnib⁹ eñ necessariū est p̄si diū eius.q2 nondū cōuersis ad fidē est luna: q2 eoꝝ mortē luce sue miserationis illustrat. Incipientib⁹ est aurora: ad bene agendū eos paulatim informans. Proficientib⁹ ꝛ pfectis est sol: dū eos exemplo sue puritatis irradiat. Impugnantib⁹ a diabolo est quasi castroꝝ acies: dū eos ab insidijs eius protegit ꝛ liberat: q̄uis sic omnes pie viuentes tuti sunt virtute virginis gloriose. Ideo hec sequētia in laudē ꝛ gloriā eius est cōpilata. Vñ beatus Grego.papa ꝛ post eū magnus Albertus sup euāgel'. Missus est angelus gabriel. dicunt: Ad eandē rationē necessariū fuit: vt iste angelus qui fortitudo dei interp̄tat̄: ad virginē mitteret̄ de qua rex fortissim⁹ nasceretur. q2 decuit vt fortis fortē p̄conizaret. Nam ſm phm Omne simile applaudet suo simili. Quare autor noster in hac sequētia declarat fortitudinē dei esse manifestam in sex. Primo in transgressu cursus naturalis. Ipse eñ in partu suo fecit nature p̄iudiciū: videlicet vt virgo pareret. Nā hec fortitudo prefigurata fuit p portā ezechielis: q̄ semp clausa pmāsit. Secūdo patet fortitudo dei in purgatiōe petōꝝ.q2 potens deus erat soluere debita que dudū fuerūt generi humano affixa. Et hec fortitudo designata ē in Apoca. vbi dr: Dignus est dñs accipere librū ꝛ aperire signacula eius. Et ergo dicit btūs Augusti.q deus vidēs vitiū ꝯtra deū in humana natura voluit aliqd cōtra naturā fieri: in partu virginali scz. Tertio fortitudo eius patet in hoc: q cōtriuit superbientes ꝛ fastidiosos. Quod p̄figuratū est in lib. Machab. qñ iudas machabeus cū parentib⁹ suis ꝛ filijs israel magnā multitudinē paganoꝝ occidit. Ipe nāq christus est iudas machabeus: qui sua virtute oēs superbientes cōtriuit. iuxta illud: Deposuit potētes de sede. Et ḡ dicit Ps. Dñm formidabūt aduersarij ei⁹. Quarto ostēdit̄ fortitudo dei in collisione sublimiū. Que p̄figurata est in lib. Regum. vbi Dauid goliā interfecit. Vñ dauid manu fortis interp̄tat̄. p quē christus intelligit̄: qui supauit goliā.i.oēs hoīes sublimes in ptinacia cordis p teruientes. Et ideo dr Sapie.j. Sapiētia edificauit sibi domū: ꝛ excidit columnas septē: subdit sibi gentes superboꝝ: ꝛ colla sublimium calcauit. Quinto fortitudo dei patet p victoriā quā fecit qñ in ligno crucis triumphauit. De quo dicit Ambro. Autor pietatis in cruce pendēs in secularibus negocijs pietatis diuidebat psecutionē aplis: pacē discipulis: corpus iudeis: patri spiritū: virgini paranymphū: latroni paradisum: petōrib⁹ infirmā crucē: christianis penitentib⁹ ūeniā cōmēdat. Et hec erat fortissima victoria: cū innumerabilē multitudinē diaboloꝝ deiecit. Sexto patz eius fortitudo rōne ascensionis.q2 xp̄iū corpus de virgine sumptū sup oēs celos collocauit: ꝛ postmodū matrem suam circa se ibidem collocauit.

Notandū scdo. In littera autor alloquit̄ tres psonas que affuerunt in annunciatione virginis marie. De q̄ dicit Grego.q ꝓterea tres psone aderant vt testimoniū incarnationis posset verificari: q2 in ore duoꝝ vel triū stat omne testimoniū. Quare totā materiā annūciatiōis enumerat. Quia cū angelus missus esset ad virginē mariā in ciuitatē: dixit ad eā: Aue gra

Maria comparat̄ aurore lune: soli ꝛ castroꝝ aciei.

De fortitudine dei.

De annūciatione marie.

plena dn̄s tecū:bn̄dicta tu in mulierib⁹. Ecce tu cōcipies ⁊ paries filiū: et vocabis nomen eius iesum. Tunc r̄ndit: Quō fiet istud? qm̄ virū nō cognosco. R̄ndens aūt angelus dixit: Ne timeas maria: sp̄ūs sc̄tūs supueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Tunc dixit bt̄ā virgo: Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ꝺm verbū tuū. In his quinqꝫ verbis vltimis credit̄ beata virgo maria filiū eius cōcepisse. Et qꝛ in l̄ra dꝛ votū: ne timeas. sciendum vt dicit Grego. ꝙ duplex fuit votū beate virginis: vnū in corde: ⁊ reliquū

De duplici voto marie.

in voce. Beata virgo fecit votū in tēplo ꝙ vellet virginitatē suā deo cōsecrare. Propter hoc sacerdos tēpli fuit anxiatus: qꝛ in veteri lege matrimoniū ꝑferebat̄ virginitati: sed qꝛ votū vouerat cōsiderauit hoc nō esse frangendū. Sed secundū votū fecit oꝛe: qn̄ cū viro suo ioseph castitatē conseruandā ꝓmisit.

De salutatione angelica.

Notandū tertio. Ex quo hic fit mentio de angelica salutatione: tunc est sciendum ꝙ angelus in salutatiōe beate virginis fecit sex. Primo reuerenter eam salutauit: dicens Aue gratia plena dn̄s tecum ⁊c. Sc̄dō eā excellenter cōmendauit dicens: Bn̄dicta tu in mulierib⁹. Tertio eam dulciter alloquit̄ dicēs: Ne timeas maria. Quarto legationē suā diligenter cōpleuit dicens: Ecce cōcipies ⁊ paries filium: Quinto modū legationis sue diligenter exposuit dicēs: Sp̄ūs sc̄tūs supueniet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Sexto puerū nascendū cōmendat ⁊ describit dicens: Ideoqꝫ ⁊ qđ nascet̄ sanctū dn̄i vocabit̄. Vn̄ ista oratio que dꝛ angelica salutatio: tres habet partes. Primā partē incipit angelus gabriel sic: Aue gratia plena dn̄s tecū: bn̄dicta tu in mulierib⁹. Sc̄dm̄ aliquos adiunxit mulier de turba. Secundā partē apposuit helisabet dicens: Et benedictus fructus ventris tui. Tertiā partē adiunxit eccl̄ia ob reuerētiā virginis marie: apponēs hoc nomen maria. Quare ista angelica salutatio cōmendabilis reddit̄ ex q̄ttuoꝛ. Primo ex autoritate illius a q̊ missa est. s. a deo. Sc̄dō ex nuncio ꝑ quē transmissa est: qꝛ ꝑ archangelū gabrielē nūciū fortitudinis. Tertio ꝑ ꝑsonā ad quā trāsmissa est: qꝛ ad beatā virginē mariā. Quarto ꝑ modū cōmendationis. Angelus eñ salutando ipsam mariā tripliciter cōmendauit. Primo penes gratiam cōuersationis dicens: Aue gratia plena. Sc̄dō penes excellentiā cōtemplationis dicēs: Dn̄s tecum. Tertio penes ꝑrogatiuā gratie singularis dicēs: Bn̄dicta tu ī mulierib⁹.

De credulitate marie.

Notandū quarto. Autoꝛ in littera tangit duo. Primo promptitudinem credulitatis virginis Marie: que statim credidit auditis verbis angeli a dn̄o missis. Et ꝗ dicit bt̄ūs Grego. Beata es dei genitrix virgo maria: q̄ credidisti dn̄o: qm̄ ꝑfecta sunt in te que dicta sunt tibi. Vn̄ Bern̄. Maria qn̄ credidit: saluatoꝛē mundi concepit.

Mirabilis deus.

Sc̄dō tangit̄ hic mirabilis oꝑatio iesu christi. Vn̄ ipse deus legit̄ esse mirabilis in sanctis suis ⁊ homib⁹. In sanctis: qꝛ ꝑ eos multas miraculosas ⁊ virtuosas oꝑationes fecit: sicut dꝛ in euāge. Signa aūt eos q̄ crediderint hec sequent̄: In noīe meo serpētes tollent ⁊c. Quare dicit Ps̄. Mirabilis deus in sanctis suis. Sc̄dō est mirabilis in hoib⁹.

Exemplū de sc̄tō Andrea.

Vn̄ legit̄ de q̄dā ep̄o: quē diabolus sepe tētauit. q̄ tandez mulier esse cepit: ⁊ ep̄m in cōfessoꝛē elegit: dicēs se esse virginē castā: ⁊ propterea de parentib⁹ recessisse. qꝛ noluit desponsari: sed virginitatē cōseruare. Quē ep̄s inuitauit. Et dū in mensa sederet cū ceteris sacerdotib⁹: ep̄us equaliter tētatione diaboli in cōcupiscentiā eius exarsit. Quod intelligēs

angelus dñi in baptismo ei deputatus: formã peregrini accepit: stans ante ianuã episcopi petijt intromitti. Quod audiens diabolus dixit: Nõ intromittatur nisi quoddã enigma rarũ dissoluat. Quod cũ omnibus placeret dixit diabolus ministro: Dic ei q dicat nobis vbi terra sit altior celo. Quod cũ minister dixisset angelo: angelus rñdit: Ubi christus humanitatẽ sumptã de virgine sup omnes celos tanq peregrinã collocauit: quia carnis locus proprie est terra. Quod cũ dñi audiuissent in mẽsa sedentes: mirabantur de subtili responso. Deinde dixit diabolus: Dicat et nobis vbi deus fecit miraculũ maximũ. Ad qd angelus rñdit: In facie homis. quia in paruo spaciolo tot figuras speciales depinxit: vt in toto mundo nõ reperiuntur duo homies omnino similes in facie. Quod cũ dñi audiuissent: magis mirati sunt de responso. Et tunc rñdit demon: Quia tante sapientie est iste peregrinus: dicam tibi occultũ enigma: qd si soluerit intromittatur. Dicat ergo nobis: que est distantia summi throni ad profundũ inferni. Ad qd angelus respõdit: Altitudinẽ celi nemo dinumerare põt: sed hic qui questionẽ fecit p se tantum spatiũ dimensus est: hunc querite. Cũ em̃ lucifer et socij sui a celsitudine throni vsq ad profundũ inferni piecti sunt: hoc didicerunt. Quod audientes dñi signo crucis se munierunt. Et diabolus perturbatus fraudibus suis cũ magno rugitu disparuit et recessit. Ecce in secundo enigmate patet q deus est mirabilis etiã in hominibus. Sic em̃ eps liberatus est a diabolica suggestione: et penitentiã egit. Hoc exemplũ legitur in catalogo sanctorum de sancto Andrea apostolo.

Tria demonis enigmata.

¶ Alia sequentia de virgine Maria generalis.

Verbũ bonũ et suaue personemus illud aue: per qd christi fit conclaue virgo mater filia.

Per quod aue salutata: mox cõcepit fecundata virgo dauid stirpe nata inter spinas liliũ.

Aue veri salomonis: mater vellus gedeonis: cuius magi tribus donis laudant puerperium.

Aue solem genuisti: aue prolem protulisti: mũdo lapso cõtulisti vitam et imperium.

Aue sponsa verbi summi: maris portus: signũ dumi: aromatũ virga fumi: angelorum domina.

Supplicamus nos emenda: emendatos nos commenda tuo nato ad habenda sempiterna gaudia.

¶ Quoniã btã virgo Maria multiplici laude condigna pbaṫ: ergo autor describit aliud canticū in laudẽ beate virginis cōpositū. Per quod docet salutare beatã virginẽ angelica salutatiōe. Et diuidiṫ in duas partes pn-cipales. In prima parte hortaṫ nos ad salutandū beatã virginẽ. In secunda ponit salutationes quibꝫ debemus salutare beatã virginẽ. Dicens.

¶ Ordo. Nos christiani (psonemus).i.decãtemꝰ (illud suaue aue) .i.illud suauissimū ꝛ dulce aue (ꝛ bonū verbū).s.aue.i.bonã salutationẽ (p qḋ).s.aue (virgo) maria (fit cōclaue).i.habitaculū seu cubile (ꝛ fit mater).i.genitrix ꝛ (filia christi).s.iesu.(Per qḋ aue).i.p quã salutationẽ (ṽgo).s.maria (nata) .i.genita (stirpe).i.pgenie (dauid) illius ꝓphete: existens (liliū).i. flos (inter spinas: salutata).s.salutatiōe angelica (mox).i.statim (fecundata).i. fertilis scꝫ p virtutẽ spūsctī (cōcepit).s.filiū suū vnigenitū dn̄m nostrū iesum christū. Quare nunc ponit salutationes cū quibꝫ debemus salutare beatã virginem. dicẽs: Si volueris salutare beatã virginẽ: dic ei salutationẽ infrascriptã (O mater).i.genitrix (veri salomonis).i.iesu christi: existẽs (vellus gedeonis (Cuius).s.marie matris (puerperiū magi).i.tres reges (laudant) .i.honorant (tribꝫ donis).i.p tria dona.s.aurū thus ꝛ myrrham (Tu aue).i. sis salutata qꝛ (genuisti).i.peperisti (prolem).i.filiū. Et o virgo maria (tu aue) qꝛ (protulisti).i.dedisti ꝛ pduxisti (solem).s.iusticie christū (ꝛ cōtulisti) .i.dedisti (lapso mundo).s.p pctm̄ (vitã ꝛ imperiū).i. potestatẽ. (O sponsa summi verbi).i.iesu christi (portus).i.littus maris existẽs: ꝛ (signū dumi).i. rubi: qꝛ figurata ꝛ signata est p rubū incōbustum (ꝛ virga).i.virgula (fumi aromatū).i.odoriferaꝝ rerū: ꝛ existens (dn̄a).i.hera (angeloꝝ). s.in celis existentiū (tu aue).i.sis salutata. O virgo maria nos christiani (supplicamus) .i.rogamus ꝛ suppliciter petimus (emenda).i.meliora nos.s. ducendo a vitijs ad virtutes (ꝛ tu cōmenda).i.cōmitte (nos emendatos).i.purgatos (tuo nato).i.filio (ad habenda).i.possidenda (sempiterna gaudia).i. celestia bonã: hoc est vitã eternã. Amen.

¶ Vocabula. Aue accipiṫ hic noialiter vt sit idẽ ꝙ salutatio: ꝛ hoc sepius. Cōclaue nomen neutrū tertie declinationis est cella cōclusa: ꝛ pducit mediã. fcatqꝫ locū strictū: vel camerã alicuius tabernaculi. Et sumiṫ p vtero beate virginis. Verus salomō christus dꝛ ob suã sapientiã. Gedeon fuit quidã dux filioꝝ israel. qui petens a deo signū: iussu dei p noctẽ reliquit vellus in aera: qḋ mane fuit rore pfusum terra sicca existente. qḋ significauit mariã spūsctō fecūdandã: corpore intacto ꝛ inuiolato. Moyses vidit dumū ardere: ꝛ non exuri. quod significauit mariã illesa virginitate christū pariturã. Supplico est verbū petitoriū primi ordinis: ꝛ cōstruiṫ cū datiuo: cōpositū a sub ꝛ plico ꝛc̃.

Beata virgo dꝛ gloriosa tripliciter.

¶ Notandū. Dicit Dauid in Ps̄. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. In quibꝫ verbis beata virgo cōmendaṫ dupl'r. Primo rōne glorie. cū dꝛ: Gloriosa. Scḋo rōne piissime defensionis. cū dꝛ: ciuitas dei. Circa primū nota: ꝙ beata virgo dꝛ gloriosa tribꝫ de causis. Primo ꝓpter plenitudinem gratie. Vn̄ angelus dixit ad eã: Aue. gratia plena. qꝛ beata virgo omnibꝫ sinū gratie aperuit. Quare pōt de ea dici qḋ scribiṫ in Ecc̄o. Magnificata est in laude ꝛ glorificata in virtute. Scḋo ipsa dꝛ gloriosa propter pulchritudinẽ charitatis. Vn̄ ipsa loquiṫ de seipsa: Ego mater pulchre dilectionis timoris agnitionis ꝛ sancte spei. Vn̄ Ecc̄s.j. Generatio preterit:

generatio aduenit: terra aūt gloriosa manet i eternū. Terra gloriosa .i. virgo maria. Illā terrā credo de q̄ dicit Ps. Terra nostra dedit fructū suuz .i. peperit iesum christū. Tertio dr gloriosa pter plenitudinē humilitatis. De qua dr in cantico suo: Quia respexit humilitatē ancille sue. Hāc etiā humilitatē ōndit qn̄ dixit ad angelū: Ecce ancilla dn̄i fiat mihi scdm verbū tuū. Et nō dixit: mater summi regis. Quare verbū pāssumptū de ea nūciatur .s. gloriosa dicta sunt. Scdo beata virgo cōmēdat ex pietate defensionis: qr ciuitas dei est. Vn̄ ciuitas dr quasi ciuiū vnitas: q̄ habet fieri propter firmā defensionē. vt dicit phus in lib. politicoꝝ. Quod aūt beata virgo sit pia et copiosa in plenitudine preciōis: patet in diuersis miraculis. Vn̄ legit q quidā diues miles et nobilis ordinē religionis intrauit. Et qr lrās nesciuit erubescētes monachi tam nobilē inter laicos deputari: dederūt ei magistrū: si forte modicū addiscere posset. Sed cū diu cū magistro fuisset et nihil q̄ hec duo verba Aue maria didicisset: hec diligēter obtinuit: et qcquid egit semp dixit: Aue maria. Tandē iste moriebat: et in cemiterio cuz aliis fratribꝫ sepeliebat. Et ex sepulchro eius creuit speciosum liliū: cuius quodlibet foliū habebat Aue maria inscriptū. Currētes aūt oēs monachi ad tam grande spectaculū siue miraculū: terrā de sepulchro effoderunt: et radicē lilii de ore defuncti pcedere viderūt. Intellexerūt ergo vt cū ille illa duo verba cū deuotione dixerat: dn̄s eū tantis honoribꝫ illustrauit. Ergo autor in ista seqntia hortat nos: vt illud Aue maria freqnter repetamus.

De pietate virginis.

Nota scdo. Salutatio p quā incarnatio filii dei est nunciata: est verbuz bonū et suaue. Nā sicut antiquus serpens diabolus decepit p malā suggestionē et p fallacē pmissionē: Sic bonus angelus gabriel salutē humani generis marie annūciauit p oppositū: ipsam primo benigne salutando: dicēs Aue maria. Scdo pro asserēdo et ipsam cōmendando dicens: Gr̄a plena: Tertio certa pmittēdo: dicens: Ecce cōcipies et paries filiū. Nā in hac salutatione qua angelus mariā salutauit: ipse ab ea omnē timorē expulit. nam addidit: Ne timeas Maria. Timuit em̄ eua a diabolo decepta: maria pro nō: qr sibi aue nunciat. Timeant pctōres: nō aūt maria: qr gr̄a plena. Timeant a deo elōgati: sed maria nō: qr dn̄s tecū. Timeāt maledicti: sed maria nō: qr bn̄dicta in mulieribꝫ. Vn̄ de hoc q dicit autor Mox cōcepit: notandū q in vno et eodē instanti postq̄ maria cōsensum verbis angeli adhibuit dicēs: Fiat mihi scdm verbū tuū. facta est statim in ea p spiritūsanctū sanguinis cōgregatio et ipsius cōsolidatio: et corpis christi formatio: animatio et viuificatio filii dei: Quare bene dixit: mox cōcepit. Vide de hac dei cōceptione Marsiliū Ficinū in cōmentario suo diuinoꝝ noīm: qd scripsit in Dionysiū areopagitā. Notandū tertio. Hec salutatio angelica de pluribꝫ figuris pheticis est cōposita. Primo em̄ tangit sapiētia dei. cū dr: veri salomonis. Nā Salomon fuit sapiētissimus hoim: et sic per antonomasiā sapiens dr. Et sepius in sacra scriptura p christo ponit: quēadmodū hic etiā ponit in p̄senti seqntia. Scdo tangit figura facta p vellus gedeonis. De quo dr in Ps. Descēdi sicut pluuia in vellus dei. Pluuia em̄ christo cōparat: qr mundat rigat et fecundat. Sic christus saluator humani generis mundat a pctis: rigat ad profectū: fecundat in spiritualibus et tpalibꝫ donis. Sed beata virgo cōparat velleri. Vellus em̄ sine

De salutatione Marie.

Cōceptio domini.

De salutatione angelica.

Beata virgo velleri cõparatur.

lesione ab oue sumitur: et de eo fit vestimentũ qđ circũdat et protegit hoiem. Sic beata virgo đr vellus. qr de ea sumitur vestimentũ: eo ꝙ de carne beate virginis sumpta est caro christi. Vñ Job ait: Pelle et carne vestisti me. Scđo qr vellus sine lesione ab oue sumitur. Sic btã virgo sine corruptiõe cõcepit: et sine dolore peperit christũ. Tertio qr vellus circũdat bidentem. Sic btã virgo circũdedit christũ: qui ouis dicitur. Vñ Esa. Ecce vir: et oriens nomẽ eius: et ipse idẽ ouis est. Quarto qr vellus aquã quã in magna q̄ntitate recepit: eam facili cõpressione refudit. Sic beata virgo repleta est plenitudine ois gratie. Quare dictũ est ei: Aue gratia plena. Istã gratiã facili petitione pctõribus infundit. Vñ Grego. O homo si scires quantum valet ista vox Aue maria: nunq̄ ab ea cessares. Quinto qr vellus est recuruum seu res curua in se. p qđ humilitas designatur: quã beata virgo sufficiẽter ostendit qñ dixit: Ecce ancilla dñi. Sexto qr vellus suaue est ad tegẽdum. Sic beata virgo est suauis: qr mater totius pietatis. Alia de tribus regibus vide in sequẽtia Festa christi etc. Et materiã rubi ardentis et virge aaron vide in Aue preclara etc.

¶ Alia sequẽtia de virgine gloriosa.

Hodierna lux diei celebris i matris dei agitur memoria. Decantemus in hac die semp virginis marie laudes et preconia.

Omnis homo omni hora hanc adora ac implora eius patrocinia. Psalle psalle nisu toto: cordis oris voce voto: aue plena gratia.

Aue domina angelorum: inexperta viri thorũ: parens patris nescia. Fecũdata sine viro genuisti more miro genitorẽ filia.

Florẽs hortus austro flante: porta clausa post et ante: via viris inuia. Fusa celi rore tellus: fusum gedeonis vellus deitatis pluuia.

Salue decus firmamenti: tu caliginose menti desup irradia. Placa mare maris stella: ne inuoluat nos pcella et tempestas valida.

Nobis et inclyta mitis et vnica: virgo mater maria: mater misericordie nos adiuua.

¶ Ratione multiplicitatis laudis beate virginis autor describit aliud canticũ in honorẽ eius publicatũ. In quo hortatur nos ad laudẽ virginis glorio

ſe:dirigendo ſalutationes ad beatā virginē:dicens. ¶ Ordo. (Lux).i. ſplendor(huius diei).i.hec dies eſt.ſ.(celebris).i.ſolēnis(in qua).ſ.die (agitur).i.peragit̃ ⁊ celebrat̃(memoria).i.cōmemoratio(matris dei).i. virginis glĩoſe. Ergo(decātemus).i.decantare debem⁹ ⁊ celebrare(ſemp).i.freq̄nt̃ (in hac die).i.in eius cōmemoratiōe(laudes).i.honores(virginis marie:⁊ p̄conia).i.laudes annūciatiōis eius.(O oīs hō adora).i.inuoca(hāc) mariā (oī hora).i.oī tpe(ac).i.etiā(implora).i.pete⁊ poſtula(patrocinia).i.auxiliū (eius)marie.⁊ tu(pſalle).i.decāta huic virgini(toto niſu).i. conatu ⁊ conamine(cordis)⁊ tu pſalle(voce).ſ.p ꝟba(oris)⁊(voto).i.cū deſiderio(aue plena gr̃a).ſ.dicēdo iſtā ſalutationē q̄ archāgelus gabriel eā ſalutauit. q̄re(o dñ̃a).i.hera(celoꝝ).i.poloꝝ oīmq̃ celeſtiū(inexpta).i.incognita(thoꝝ viri) .i.q̄ nunq̄ cognouiſti virū(⁊ parēs).i.genitrix(neſcia).i.inſcia(pr̃is).i.viri (tu aue).i.ſis ſalutata. o maria(fecūdata).i.fructificata(ſine viro).i. marito:⁊ (o filia)dei(tu genuiſti).i.pepiſti(miro more).i.miraculoſe(genitorē).i.creatorē:q⁊ tu es (florēs hortus).i.germinās:⁊ h̄(flāte auſtro).i.gr̃a ſpūſſcti: tu es(porta).i.ianua p quā dñs intrauit(clauſa).i.recluſa⁊ ferata(poſt)partū (⁊ añ)partū:tu es(via inuia).i.nō cognita vł inculta(viris).i maſcuł hoib⁹. ⁊ tu es(tellus).i.terra(fuſa).i.pfuſa(rore celi).i.gr̃a diuina vel celeſti.tu es (vellus gedeonis fuſuꝫ).i.pfuſum(pluuia).i.gr̃a (deitatis).i. diuinitatꝫ ſcti ſpūs. Vñ nūc beatā virginē cōmēdat ipſaꝫ ſalutādo⁊ ad ipſaꝫ petitōes dirigēdo:dicēs. O maria exiſtēs(decus).i.ſplēdor ⁊ ornamētū ac honor (firmamēti).i.mūdi(tu ſalue).i.ſis ſalutata(⁊ irradia).i.illumīa(deſup).i.de celis(caliginoſe mēti).ſ.nr̃e:h̄ eſt illumīa mentes hūanas poſitas in tenebris hui⁹ mūdi(tu o ſtella maris placa).i.recōcilia.ſ.nobis(mare).i.tuū filiū (ne ꝓcella ⁊ valida ptās).i.impet⁹ infernał(inuoluat).i.ſurripiat(nos).ſ.hoīes (O nobilis ⁊ inclyta).i.glĩoſa virgo maria(mitis).i.pia(⁊ vnica).i. ſingularis:exiſtēs(mater miſcdie tu adiuua nos).i.da nobis auxiliū de ſancto. Aliter ſic exponit̃(O virgo).ſ.maria(nobilis)exiſtēs(⁊ inclyta).i.pia (mitis).i.ſuauis(⁊ vnica).i.ſola(mater miſcdie exiſtēs erga nos pctōres apud tuū filiū. ¶ Vocabula. Niſus nomē q̄rti ordinis a ꝟbo nitor:⁊ ſ̃cat laborē mētis. Exptus ab experior:idē qđ ſciēs. Et experiētia dr̃ virtutꝫ inquiſitio. Hinc dr̃: Experiētia reꝝ magiſtra. Neſcius.i.ignarus vel erroneus:q̄ſi q̄ errat in ſilua. Caliginoſus adiectm̄ a noie caligo.i.obſcuritas ſeu tenebre. Deſup aduer.loci.i.de celis:de ſupnis ſedib⁹.vt ī paſſiōe dñi dr̃: Nō haberes ī me ptātē vllā:niſi tibi eſſet datū deſup.teu.vō obē herab.

¶ Notandū. Scribit̃ in Cañ. Pulchra vt luna ⁊c̃. Quib⁹ verbis btā virgo cōmēdat̃ ſic. Habet em̄ luna triplicē ſtatū. Qñq̃ em̄ eſt in defectu ſeu in decurſu:qñq̃ ſemiplena:qñq̃ tota plena:⁊ tūc eſt pulchrior. Sic beata virgo fuit pulchra in decurſu ſeu in defectu:cū in vtero matris cōciperet̃. Sed fuit q̄ſi ſemiplena:dū ſctificaret̃ in vtero. Et fuit plena qñ cōcepit filiū dei.q⁊ tūc fuit pulcherrima. Vñ luna hꝫ lumē ſuū a ſole:de nocte lucet:inter planetas terre eſt ꝓpinquior:ſole recedēte mūdū illuminat. Has omnes proprietates habuit beata virgo. Habuit em̄ lumen a ſole:quia a filio ſuo illuminata eſt:qui ſol iuſticie dicit̃ eſſe. Et ſortita lumine omniuꝫ gratiaꝝ de nocte preſentis vite lucet.ſ.magnitudine ⁊ fortitudine virtutū. q⁊ ſuos fideles irradiat:⁊ eis viam veritatis oſtendit. Itē inter planetas

Cōparatio Marie ad lunam.

Proprietates lune.

terre est ꝓpinquior: qꝛ terrenis pctōꝛibꝫ speciali miseratiōis affectu magꝭ
omnibꝫ sanctis descēdit. Itē sole recedēte mūdū illuminat. qꝛ sole iusticie
.i. christo recedēte ⁊ moriente ipsa mūdū illuminabat optima ⁊ lucida cō-
uersatione. Sola eñ fides in ea ꝑmansit: q̄ illuminat oēm hominē venien-
tē in hunc mundū. Et qꝛ tāta ⁊ plura beneficia etiā maioꝛa btā virgo mū
do cōtulit: merito ipsam laudemus. Et specialiter in die sabbati: qꝛ ista di

Dies sabbatina.

es p̄cipue ⁊ specialiter deputata est pro laude ⁊ honore virginis glorioſe:
sicuti etiā supra edocuimus. Vñ autor p̄tendit in lr̄a: ꝙ quilibet hō fide-
lis semꝑ debet laudare virginē mariā ad minus semel in hebdomada .s. in
die sabbati. Sed tñ omni hora ipsa est laudanda. qꝛ dicit btūs Gregori⁹
Nec laudare sufficis. Et qꝛ licet hoc ad christū referat: tñ etiā pōt referri

Expō textus

ad virginē mariā: cū ipsa est digna ⁊ dignissima omni laude. Sed ꝙ dicit
in lr̄a: Thoꝛū viri inexperta: tangit castitas virginalis: quā oēs scti in as-
sumptione beate virginis exclamāt dicētes: Hec est q̄ nesciuit thoꝛū ī de-
licto. Hoc idē testat btūs Grego. vbi dicit: Nō ex virili semine: sed mysti-
co spiramine verbū dei factū est caro: fructusq; vētris floruit. Et ꝙ dicit
more miro: ꝑ hoc innuit supnaturalis incarnatio dei. de qua dictū est in se-
quētia Eya recolamus. ibi Mirabilis natura ⁊c. Similiter in seq̄ntia Aue
p̄clara. ibi Hinc gentiū ⁊c. Et ꝙ dr̄ cōsequenter Fusa celi roꝛe. ibi tangit
materia ꝓphetica quā ponit Esa. cū dicit: Aperiat terra ⁊ germinet salua
toꝛē. vt ptꝫ etiā in fine sequētie Celi enarrant. ibi Germen iustum ⁊c.

De vellere gedeonis.

Notandū scdo. Autor in littera dicit Vellus gedeonis. Vñ qñ gedeō cū
pp̄lo suo esset pugnaturus cū egyptijs: vidit exercitū suū esse debilioꝛē. et
cōsuluit dñm q̄d esset facturus. Et dixit ei dñs: Mane cū surrexeris acci-
pias vellus de agnello mundo: ⁊ pones in campo: ⁊ ros descendēs cadat
suꝑ ipm: ⁊ oīs qui hoc roꝛe fuerit tactus erit victor suoꝝ inimicoꝝ. Vñ ꝑ
vellus intelligit btā virgo: ꝑ pluuiā descendentē gratia spūsctī: vt q̄cunq;
ꝑ pluuiā celestē aspersam in vellere .i. in libertate fuerit perunctus ⁊ reple
tus: ipse erit victor oīm suoꝝ inimicoꝝ visibiliū ⁊ inuisibiliū. sicut .s̄. dixi-
mus in sequētia Verbū bonū. vbi vide. Sed ꝙ autor appellat beatā vir-

Maria mater mīscdie.

ginē matrē mīscdie: dicit btūs Grego. Si oīa membra essent ꝯuersa in or
gana linguaꝝ: nō possent cōplete exprimere benignitatē ⁊ misericoꝛdiam
beate virginis marie. Vñ p̄figuratū est in quodā miraculo: ꝙ quidā iude⁹

Exemplū de iudeo.

imaginē beate virginis in pariete cuiusdā domus infixā aspiciēs interro-
gauit: cui⁹ esset ista imago. Cui dictū est ꝙ esset beate marie. Hoc audiēs
iudeus diabolo instigāte accepit imaginē: ⁊ in stercoꝛa ꝓiecit ⁊ pedibꝫ cō-
culcauit: cultello faciē eius inscindens. Postea ꝓ turpi ⁊ mirabili morte
cōsumptus imago nunq̄ apparuit: nisi ꝑ longū spatiū tp̄is. Hoc idē cui-
dā scrō homini reuelatū est. qui imaginē istā inter stercoꝛa absconditā in-
uenit ⁊ subleuauit. qui diligenter eā abstergendo secū in domū suā honori
fice collocauit. Et ad honoꝛē beate virginis ex eadē tabula oleū ebulliēs
cepit distillare. ⁊ ꝑseuerauit vsq; in hodiernū diē. Quod idē deus fieri ꝑ-
misit vt nobis intimaret quante veneratiōis sit virgo maria. Et ergo in h̄ mi
raculo ⁊ in multis alijs patet copiosa mīscdia dei genitricis. Et ideo ob
reuerentiā ⁊ honoꝛē eius p̄sens canticū in hoc miraculo claudit. Cui⁹ vir

Aliud exemplum.

tus cōsistit in salutatiōne illa. Nā miles quidā habebat quoddā castrum

in via cõmuni: ⁊ trãseũtes in tali via miles semp spoliabat: attñ beatã virginẽ q̃tidie salutabat. Accidit aũt q̄ q̃dã vir religiosus trãsitũ inde faceret: ⁊ ipm ꝯtinue p̄dictus miles expoliari iubebat. Uir aũt semel rogabat militẽ: vt oẽs de familia sua ad audiẽdũ verbũ dei cõgregaret. Cũ aũt cõgregati fuissent dixit: Nequaq̃ꝫ h̄ oẽs estis: sꝫ aliq̃s adhuc abest: pq̃rite diligẽter: ⁊ aliquẽ abesse inuenietis. Tũc vnꝰ exclamãs dixit: Ubi est ipse h̄ cocus? Pro eo q̄ mittit: ⁊ in mediũ deducit. Qñ aũt virũ dei vidisset: reuolutꝫ terribiliter oculis caput instar insani agitabat: nec ꝓpe accedere audebat. Uir aũt sctũs dixit ei: Adiuro te p nomẽ dñi nři iesu chři: vt dicas q̃s sis: ⁊ ꝓpter quã causaꝫ huc venisti. Cui ille rñdit: Heu adiuratꝰ dicere cogor: ego sum demõ: q̄ formã hoĩs accepi: ⁊. xiiij. annis cũ h̄ milite sic pmãsi qꝛ pnceps nř me huc misit: vt diẽ q̄ hic miles sue marie salutationẽ nõ diceret diligẽtiꝰ obseruarẽ: ⁊ ipm ꝯtinuo strãgularẽ. q̃cũq̃ꝫ em̄ die illã salutationẽ dicebat: in ipm ptãtẽ hr̄e nõ potui. Hoc audiẽs miles veniã postulauit: ⁊ in meliꝰ deinde vitã suã mutauit. Quare sctũs dixit demoni: Precipio tibi in noĩe iesu christi: vt statim recedas: ⁊ amplius talẽ locũ nõ possideas nec vlli gloriosam dei genitricẽ inuocanti nocere presumas ⁊c.

Aliud exemplum.

¶ Prosa in laudẽ virginis Marie.

Gaude maria templũ summe maiestatis.
Gaude maria speculum virginitatis.
Gaude lux ⁊ ornamentum glorie.
Gaude maria lex ⁊ testamentũ gratie.
Gaude maria que es vera spes veri gaudij.
Gaudium sit nobis dulcis vultus filij.
Salua nos: ⁊ oẽs cõserua: Per oĩa secula seculoꝝ. Amen.

¶ Hic autor describit aliud canticũ. In q̊ reuocant ad memoriã diuersa gaudia btẽ marie virginis: cõmẽdando eã: postea petitionẽ dirigẽdo. ⁊ lr̃a manet indiuisa. Dicẽs. ¶ Ordo. (O maria) existẽs (tẽplũ). i. sacrarium (sũme maiestatis). i. oĩpotẽtis dei (tu gaude). i. letare. (O maria) existẽs (speculũ). i. cãdor (virginitatis). i. castitatis oĩm virginũ (tu gaude.) O maria exñs (lux). i. splẽdor (⁊ ornamẽtũ). i. decus (glie tu gaude.) O maria existẽs (lex). i. institutio (⁊ testamentũ gr̃e tu gaude.) O maria (q̄ es vera spes veri gaudij). i. celestis (tu gaude). i. letare (⁊ sit nobis) chřianis (gaudiũ). i. ꝯsolatio (vultus). i. facies (dulcis filij) tui. O maria (tu salua). i. saluos fac (nos) hoĩes (⁊ ꝯserua) nos (p oĩa scl'a scl'oꝝ). i. eternaliter (Amẽ). i. fiat sicut petit. ¶ Notandũ. Scribit in lib. Reg. Effulsit sol in clypeos aureos: ⁊ mõtes resplẽduerũt ab eis. In q̃b9 verbis ad cõformitatẽ huiꝰ seq̃ntie btã virgo cõmẽdat dupl'r. Primo rõne electiõis ⁊ dignitatis: qꝛ mater dei. Scdo cõmẽdat ex nobilitate: qꝛ amicta veste hũilitatis. Un̄ ꝓpositio assumpta sic declarat. Sol. i. chr̃s: effulsit. i. resplẽduit ⁊ apparuit p miracl'oꝝ opationẽ:

in clypeos aureos.i. in virtutes btẽ virginis marie: ⁊ mõtes.i. priores parẽ tes: resplẽduerũt.i. glorificati sunt: ab eis.s. virtutib⁹. De quib⁹ ꝓmeruit du plice dignitatẽ.s. filij sui ↄceptionẽ: ⁊ etiã parentũ glorificationẽ. vt bñ pꝫ ex eo ꝙ ex meritis btẽ virginis festũ btẽ anne ẽ institutũ solẽniter celebrãdũ. Vñ btã virgo inter oẽs virtutes maxie habuit humilitatẽ: qꝛ ipa est q̃ oẽs ↄfirmat. Vñ Berñ. O felix humilitas penitẽtiũ: o btã spes ↄfitẽtiũ: ꝙ̃ po tẽs es apud potentẽ: ꝙ̃ facile vincis inuincibilẽ: ꝙ̃ cito tremẽdũ iudicẽ cõ uertis i pijssimũ patrẽ. De scdo dꝛ in symbolo dñi: qꝛ ex ꝓgenie regali ⁊ sa cerdotali voluit nasci: quã b. virgo prudẽter exornauit. Et ğ ipsa clype⁹ aureus nuncupaꝶ. qꝛ nos defendẽdo vitã imaculatã auro puriorẽ cõserua uit gloriã mũdo. Vñ. j. Mach. ij. Gĺa pctõris stercus ⁊ vermis est: hodie extolliꝶ: ⁊ cras minueꝶ. Jdõ difficile ẽ humanã laudẽ appetere. Qð ꝑpẽdẽs btã virgo soli deo studuit inherere. Et sic virtutib⁹ plena: tãtas dignitates ꝓmeruit: vt nõ solũ ipsa: ſꝫ etiã parẽtela eius est glorificata. Vñ etiã btũs Augu. cõmẽdat eã in virtutib⁹ dicẽs: Btã virgo maria fuit valde deuota habuit eñ spiritũ humilẽ: totũq̓ corpus anie ⁊ rõni subiectũ ⁊c. Notandũ scdo. Btã virgo dꝛ mater gr̃e: q̃ oẽs pctõres ↄsolanꝶ. qð bñ pꝫ in q̃dã mira culo. Nã in monasterio bti petri erat q̃dã frater: q̃ leuiter se habẽs i pluri bus actib⁹ suis. Hic aliq̃n potionẽ ꝓ salute corpis accipiẽs: irruẽte lãguo re sine cõfessione atqꝫ cõione sacra defunctus est. cui⁹ aĩa ꝑ diabolũ ad in ferna duciꝶ. Qð cernẽs sctũs petrus accessit ad dñm orãs ꝓ aĩa fratris sui. Cui dñs: Tu ignoras q̃d ꝓpheta dixit: Dñe quis habitabit i tabernaculo tuo ⁊c. quõ ğ põt hic saluus fieri. Hec audiẽs btũs petrus venit ad beatã virginẽ: sciẽs certissime eĩ⁹ pces exaudiri. Cũ ğ surrexisset btã virgo cũ vir ginib⁹ suis p̃catura filiũ suũ: statim christ⁹ dixit: Quid a me petis dilectis sima mater cũ meis sctis sororib⁹? Cui btã virgo: Pro aĩa fratris illi⁹ ego rogo. Et rñdit christus: Licet nemo possit i meo tabernaculo habitare: ni si sine macula ingrediaꝶ: tñ si ipa tibi placet vt indulgẽtiã ↄsequaꝶ: ↄcedo ꝙ eius aĩa ad corpus reuertaꝶ: vt de malis actib⁹ penitẽtia pacta tandẽ ce lesti gĺia pfruaꝶ. Et ille frater de morte resurgẽs: q̃liter a ꝑtãte diaboli suf fragijs beate virginis fuisset ereptus omnib⁹ enarrauit. Et ergo ipsa me rito mater gratie nuncupaꝶ.

Maria mater gr̃e.

¶De domina nostra
Sequentia.

Ve maria gratia plena dñs tecum virgo serena:
a Bñdicta tu in mulierib⁹: que peperisti pacẽ homi nib⁹ ⁊ angelis gloriã. Et bñdictus fruct⁹ vẽtris tui: qui coheredes vt essemus sui nos fecit ꝑ gratiã.
Per hoc aũt aue: mundo tam suaue: cõtra carnis iura ge nuisti prolẽ nouũ: stella solem noua genitura.

Tu parui ꝛ magni leonis ꝛ agni saluatoris christi tēplū extitisti: sed mater intacta. Tu roris ꝛ floris panis ꝛ pastorꝫ: virginum regina: rosa sine spina: genitrix es facta.

Tu ciuitas regis iusticie: tu mater es miscdie: de lacu fecis ꝛ miserie Theophilū reformans gratie.

Te collaudat celestis curia: que mater es regis ꝛ filia: ꝑ te reis donatur venia: per te iustis confertur gratia.

Ergo maris stella: verbi dei cella ꝛ solis aurora: Paradisi porta: per quā lux est orta: natum tuū ora. Ut nos soluat a peccatis: ꝛ in regno claritatis: quo lux lucet sedula: collocet per secula. Amen.

¶Autor subinfert aliud canticū: ab angelica salutatiōe incohatū: ꝛ beate virgini marie dedicatū. In cuius prima parte salutat beatā virginē angelus cōmendans eam de multitudine gratie. Scdo dirigit petitionē ad eam: Dicens. ¶Ordo. (O maria) scꝫ virgo (plena). i. repleta (gratia) scꝫ dei (dn̄s). i. deus iesus christus. s. est (tecū: o serena virgo). i. splendida ꝛ ꝑclara (tu aue). i. sis salutata. q: tu es (benedicta). i. benedictione repleta (in mulieribus). i. inter mulieres (que). s. maria (peperisti). i. genuisti (pacē). i. christum: qui est pax vera (hominibus). s. in mundo existentibus (ꝛ angelis). i. spiritibus (gloriā). i. honorē (ꝛ fructus). i. filius (tui ventris). i. vteri. s. sit (benedictus). i. consecratus (qui). s. filius (fecit ꝑ gratiā). s. suam diuinā (vt essemus coheredes sui). i. capaces ꝛ participes regni celestis. i. paradisi ꝛ gaudiorum eius. Un̄ nunc eum cōmendat ex diuersis virtutibus ꝛ ex plenitudine misericordie: dicens. O maria (per hoc aūt aue). i. per istā salutationeꝫ (tu genuisti). i. peperisti (mundo). i. huic seculo (contra iura carnis). i. cōtra naturā (tam suaue). i. dulciter (nouum prolem). i. filiū (O noua stella). s. maris (genitura). i. paritura (solem). i. filium dei iesuꝫ christū. q: (tu extitisti). i. facta es (templum). i. habitaculū (parui agni). i. iesu christi (ꝛ magni leonis ꝛ saluatoris christi). i. dei viui (sed intacta mater). i. īmaculata virgo. (Tu). s. maria es (panis). i. cibus (floris ꝛ roris). s. gratie (ꝛ pastoris). i. pascentiū: existens (regina). i. domina (virginū). s. immaculatarꝫ: tu es (rosa). i. flos (sine spina). i. absqꝫ sente. quia tu (es facta genitrix). i. mater dei: ꝛ (tu). s. es (ciuitas). i. habitatio (regis iusticie). i. dei (tu es mater misericordie). i. pietatis ꝛ es (reformans). i. restituens (theophilum) scribam sic dictū (gratie). s. domini sui: liberans eum (de lacu fecis ꝛ miserie). i. de penis damnationis perpetue. Quare eam etiā cōmendat modo ratione supercelestiū honorꝫ: inferens petitionē: sic dicēs. O beata virgo (celestis curia). i. omnes in celo existentes: hoc est exercitus celestis (collaudat). i. honorat (te). s. mariam (que es mater). i. genitrix (regꝫ). s. christi (ꝛ filia). s. dei creatoris. nā (ꝑ te). s. mariā

(donat).i.dat(reis).i.pctõrib⁹(venia).i.indulgẽtia(ꝛ iustis).i.bonis homib⁹
(ↄfert gr̃a).s.diuina. Ergo o maria exñs stella marꝫ(ꝛ cella).i. habitaculũ
(verbi).s.incarnati filij dei(ꝛ aurora solis).i.christi(ac porta).i.ianua (para
disi).i.patrie celestis(ꝑ quã).s.portã(lux).i.christus(est orta).i.nat⁹(tu ora)
.i.roga ꝛ intercede(tuũ natũ).i.filiũ(vt saluet).i.saluificet nos(a pctis).i.
criminib⁹(ꝛ collocet).s.nos(in regno claritatꝫ).i.in regno celoꝝ(q̊).i.in q̊ re
gno(sedula lux).i.ↄtinua ꝛ eterna claritas dei absq₃ fine(lucet).i.resplẽdet
(ꝑ secula).i.eternaliter.(Amẽ).i.fiat. ¶ Vocabula. Aue ponit̃ h̓ noiał̃r
Gr̃a est donũ vel bñficiũ ꝑcipue diuinũ:etiã est amor vel fauor. Seren⁹
est clarus. Inde serenare est facere serenũ ꝛc̃. Fructus vẽtris est fili⁹. nã
q̇cq̇d in aliq̊ nascit̃:fructus ei⁹ est. Itẽ fructus accipit̃ ꝓ vtilitate:vt h̓ la-
bor hꝫ paꝝ fructus. Genitura.i.gñatio vel semẽ aialis. Exto ẽ verbũ ha
bẽs vim verbi substãtiui:cõpositũ a sũ ꝛ sto. Sed exto extra lr̃am ꝑcat ap

Theophilus

parere. Nã exta oꝝ.dicunt̃ intestina:q̃ faciũt vẽtrẽ hois apparere. Theo
philus erat ꝓcurator vel dispẽsator cuiusdã epi in sicilia:prob⁹ ꝛ diligens
Sed tandẽ ab epo deposit⁹ grauiter doluit.ꝛ cõsulẽs q̄ndã maleficũ: illi⁹
hortatu christianã fidẽ abnegãs diabolo se seruũ fecit:vt illi⁹ auxilio redi

Maria mat ꝛ filia chr̃i.

ret in pristinũ statũ. Tandẽ tñ admonit⁹ a virgine maria penituit: ꝛ illius
ope rediJt in gratiã cũ deo. Maria est mater christi q̊ ad ei⁹ humanitatẽ
ꝛ filia christi q̊ ad eius deitatẽ:nã deus est pater oĩm. Cella est qđ vulgo
đr camera:nã camera ꝓprie ẽ testudo dom⁹. Sedulus.i.ↄtinu⁹ vehemẽs.
¶ Nota scribit̃ Sap̃.j. O q̄₃ pulchra ꝛ casta gñatio cũ claritate. In quib⁹

De pulchritudine marie

verbis btã maria dupł̃r cõmẽdat̃. Prio in pulchritudine.cũ đr:q̄₃ pulchra
Scđo in castitate.cũ đr:casta. De ꝑmo đr in Cañ. q̄₃ pulchra es ꝛ decora
Vñ pulchritudo b.ꝟginis legit̃ fuisse in trib⁹.s.in vera dilectiõe:in humili
timore:in iusta cognitiõe. Vñ đr Sap̃. Ego mat̃ pulchre dilectiõis timo

De castitate Marie.

ris ꝛ sctẽ spei. De scđo đt Isido.sic: Castitas est pulchritudo iuiolata.q̃ i
q̄druplicib⁹ cõmẽdat̃.i.in cõnubio diuine despõsatiõis: in ꝑuilegio angeli
¶ Ordo. O (maria mater dñi) .i. genitrix altissimi (filij eterni patris) .i. dei oĩpotẽtis (fer opẽ) .i. da ⁊ largire auxiliũ tuũ (oibꝫ nobis) pctõribꝫ (ↄfugiẽtibus ad te) tanq̃ ad patronã ⁊ singularẽ aduocatricẽ. (Deum genitũ de deo) .i. filiũ de patre (tu genuisti) .i. peperisti in hũc mũdũ (filiũ) .i. dñm iesũ christũ (q) filius (nõ hꝫ initiũ) .s. gñatiõis eterne (sumpsit exordiũ) .i. pncipiũ (in te) q em̃ prius erat sine tpe ⁊ extra oẽ tps: factus est sub lege tpis. Et (q regit celũ ⁊ terrã: extitit formatus in te) nã formã corporeã ⁊ humanam substantiã assumpsit (quẽ nõ capit totus mũdus) .i. vniuersus orbis hic (iacuit) .i. qeuit (in tuo vẽtre) .i. vtero (Deꝰ ⁊ hõ) .i. dei filiꝰ (nascitur) .i. gñatur (⁊ vnꝰ christus colitur) .i. veneratur (iesus redẽptor) .i. saluator (oim) hoim: ⁊ saluator etiã (gentiũ) .i. pploꝝ nõ solũ iudeoꝝ: sed ⁊ gẽtiliũ. (Nasci hũc) iesuꝫ (ꝓfuit nobis) .i. vtile erat: q₂ (eripuit) .i. liberauit (nos a morte) .s. eterna (ipse mortuus) .s. in crucis patibulo (ꝑ nobis) .s. miseris pctõribꝫ (⁊ nos viuimꝰ) ſcꝫ vita eterna (ꝑ illũ) .s. iesum dñm nr̃m: q m̃ nobis ianuã vite aperuit. Joq₃ Gloria sit deo pr̃i ⁊ eiꝰ soli filio cũ spũ paraclito ⁊ nũc ⁊ ĩ ppetuũ.

¶ Vocabula. Opis opem ope caret nt̃o ꝛ datiuo singularib⁹: vt ait Phocas grãmaticus. Significat aũt auxiliũ. Vergi. Nec spes opis vlla dabatur. Etiã in numero plurali ꝑcat idẽ: vel diuitias vł facultates. Exordiũ est principiũ: ꝛ fit a verbo exordior: qđ est cõpositũ ab ordior. Prosum. i. vtilis sum: cuius ꝑteritũ ꝑfectũ est profui. Itẽ ꝑfuit hoc loco aut est impersonale: aut suppositũ eius est dictũ. i. hunc nasci.

¶ Alius hymnus in festo natiuitatis Marie virginis ad vs̃.

GAude visceribus mater in intimis felix ecclesia: q̃ sacra replicas sancte festa Marie: plaudent astra solum mare.

Cui⁹ magnifica est generatio: cuius vita sacris claret actibus: cuius finis honorẽ summũ sine tenet fine.

Que virgo peperit virgoq̧ ꝑmanet: lactauit ꝓpriis vberibus deum: portantẽq̧ gerebat pronis vlna trementib⁹.

Felix multiplici laude puerpera: regis porta summi clausa perenniter: mundi stella fluentis: floris virgula regia.

Te nunc suppliciter sancta theotocos regis ꝑpetui sponsaq̧ poscimus: vt nos semꝑ vbiq̧ miti munere protegas.

Sanctis obtineas virgo ꝑcatib⁹ pacis ꝑsidiũ dulce diutine: nobis atq̧ beati regni dona perennia.

Presta summe pater: patris ac vnice: amborũq̧ simul spiritus annue: qui regnas deus vnus omni tp̃e seculi. Amẽ.

¶ Materia huius hymni est de natiuitate btẽ Marie virginis. Et primo alloquiť sanctã matrẽ ecclesiã: vt de hoc festo gaudeat in q̃ nata fuit virgo maria. Et bñ dicit ꝙ eccľia debet gaudere; qꝛ eius natiuitas gaudium magnũ annũciauit vniuerso mundo. Et nota ꝙ duplex est eccľia: scꝫ militãs ꝛ triumphans. Et de vtraq̧ eccľia loquiť autor: qꝛ celũ ꝛ terra de p̃senti festo gratulanť: in q̊ nata fuit Maria: virgo ꝑmanẽs ante partum: in partu ꝛ post partum.

¶ Ordo.

Ideo o (felix eccľia mater gaude). i. letare (in intimis viscerib⁹). i. in intimo corde (que) in qua eccľia (replicas sacra festa marie (ꝛ que). i. in qua (astra). i. celũ (solũ). i. terra. s. ꝛ (mare plaudent). i. gaudent de illo festo. Cõmendat eius natiuitatẽ dicens (Cuius). s. marie (generatio). i. natiuitas (est magnifica). i. gloriosa (cuius vita claruit). i. refulsit (sacris actib⁹). i. claris ꝛ bo

nis operib⁹(cuius)marie(finis).i.mors(tenet summũ honorẽ).i.sũmã beati
tudinẽ(sine fine).i.eternaliter. Cõmendat beatissimã virginẽ Mariam
ex eo ꝙ genuit lactauitq; filiũ suũ dñm nr̃m iesum christũ:dicẽs (Que vir
go).s.maria(peperit).i.genuit(q;)ꝓ et (virgo ꝑmanet).s. post partũ (lacta
uit).i.lacte nutriuit(ꝓprijs vberib⁹:⁊ prona).i.humilis(gerebat).i.portabat
(portantẽ deũ).i.portatorẽ totius mũdi:⁊ hoc(trementib⁹ vlnis).i.timidis
brachijs. Cõmendat autor mariã ex parte multiplicis felicitatis sue: ex
eo ꝙ meruit esse genitrix dei. Vult nãq; ⁊ dicit:ꝙ ipsa sit spõsa christi pa
riens:⁊ porta eterni regis:⁊ stella maris:⁊ virgula floris. O maria existẽs
(felix multiplici laude).i.munere:q: tu es felix(puerpera regis).s.iesu chri
sti:⁊ tu es(clausa porta sui).s.regis:⁊ es(stella).i.illuminatrix(mũdi).i. vni
uersi orbis(fluentis).i.transeuntis(perenniter).i.ꝑpetue.⁊ tu o maria es(re
gia virgula floris).i.nobilitatis. Fuit em̃ beata virgo de nobili ꝓsapia ex
stirge dauid. Hic autor dirigit petitionẽ ad virginẽ mariã: vt obtineat
nobis veniã a filio suo:dicẽs. O maria.s.tu exñs(sancta theotocos).i. dei
genitrix(⁊ sponsa regis ꝑpetui).i.eterni(nos poscimus).i.rogamus(te nũc
suppliciter).i.humiliter(vt ꝓtegas).i.defendas(nos semꝑ).i.in omni tpe(⁊
vbiq;).i.in omni loco.⁊ hoc(miti munere.) Nota ꝙ theotocos dr̃ dei geni
trix:q̃si tota diuina. Sed theoticos.i.diuinus. Et dr̃ a theos grece: qđ est
deus latine. Theos em̃ apud grecos timor dr̃. Vñ theos dr̃ deus:q: est ti
mor oib⁹ colentib⁹ eũ. Hic vltimo ondit ꝙ debeat impetrare nobis pa
cẽ atq; eterna gaudia:dicẽs. O (virgo)maria(tu obtineas).i. impetres no
bis(sanctis ꝑcatib⁹).i.tuis orationib⁹(dulce ꝑsidiũ).i.auxiliũ (pacis diuti
ne).i.diuturne (atq; perennia dona).i. eterna munera (beati regni).i. regni
celoꝝ. Autor facit petitionẽ ad ipsam trinitatẽ:vt patz in lr̃a:dicens. O
(summe pater ac vnice fili patris presta) hoc qđ rogauimus: ⁊ o (spũs sit
amboꝝ).i.patris ⁊ filij(annue).i.cõcede(qui regnas)exñs cũ eis(vnus de⁹)
ꝑ essentiã(oĩ tpe seculi).i.eternaliter. Amen.

¶ De sancta cruce hymnus.

Metrũ iambicũ archilochicon:sed tetrastrophon.

Salue crux sancta:salue mũdi gloria:vera spes no
stra:vera ferens gaudia:signũ salutis:salus in pe
riculis:vitale lignũ:vitam portans omniũ.

Te adorandã:te crucem viuificam: in te redempti: dulce
decus seculi:semꝑ laudamus:semꝑ tibi canimus:ꝑ lignum
serui:per te lignũ liberi.

Originale crimen necans in cruce:nos a priuatis christe
munda malis: humanitatẽ miseratus fragilem per crucem
sanctam lapsis dona veniam.

Protege salua benedic sanctifica populū cunctū crucis p signaculum: morbos auerte corporis ꝛ anime: hoc contra signum nullum stet periculum.

Sit deo patri laus in cruce filij: sit coequalis laus sancto spiritui: ciuibꝫ summis gaudiū: sit angelis honor: in mundo crucis sit exaltatio, vel: inuentio.

¶ Ad sanctā crucē dicet hic hymnus. In q̊ primo salutat sancta crux diuersis noibꝫ laudatiuis designata. Scdo ostēdit sanctā crucē adorandā esse. ibi: Te adorādā. Tertio ponit effectus eius. ibi: Originale. Quarto fit oratio ad christū: quatenus nos defendat a morbis corpis ꝛ anime. ibi: Protege. Ultimo laudat sancta trinitas. Sic ergo dicit primus versus.

¶ Ordo. O (sctā crux salue. i. sis salutata: o (gloria). i. honor (mūdi salue) que es (signū salutis). i. nr̄e redēptionis: ꝛ q̄ es (salus). i. saluatio (in piculis). i. in necessitatibꝫ angustijs ꝛ terroribꝫ: qꝛ tūc signo crucis nosipsos signamus ꝯ diabolū: ne se imisceat: sed vt effuget. iuxta illud: Crux fugat oē malū. Periculū a perio is ire. i. discrimen salutis. Sed a perior verbo antiquo: vnde peritus: dr experimentū. Inde periculū facere: i. experiri. (Uitale lignū). i. viuificū: qꝛ (portans vitā omniū). s. iesum christū: qui in ligno crucis p nobis mortuis p pctm̄ primi parentis nos mortuos reuificauit.

Ostendit sanctā crucē fore adorandā his verbis: O (dulce decus). i. honor (seculi). i. mundi: nos (redempti in te). i. p te crucē (laudamus). i. cōmēdamus. s. ꝓpter (te adorandā). i. dignā adorari: ꝛ (te viuificā crucē). i. vitā facientē siue dantē. ꝛ nos (canimus tibi semp) qui prius eramus (serui). i. seruilis cōditionis (p lignū). s. paradisi: de cuius fructu ꝯ mandatū dei adā gustauit: ac p hoc in seruiturē redactus est ꝛ a paradiso expulsus. sed modo (liberi). i. liberati (p te lignū) sctē crucis. Uñ dicit Paulus: Nos aūt gloriari oporter in cruce dñi nr̄i iesu christi: in q̊ est salus vita ꝛ resurrectio ꝛc.

Ponit effectus sancte crucis cū depcatione ad christū: O (christe iesu) qui es (necans). i. delens vel extinguēs (originale crimen). i. pctm̄ videlicet ade primi parētis: in q̊ originatū est ꝛ ab eo in posteros transmissum: ꝛ ita inest toti humanitati (in cruce) moriendo in ipsa ((mūda nos a priuatis malis). i. occultis delictis: vel (priuatis malis). i. delictis vnicuiqꝫ ꝓprijs. Et breuiꝰ sic. O christe sicut tu delesti crimen originale oibꝫ hoibꝫ qñ pependisti in cruce: ita sliter delere velis p virtutē sctē crucis in nobis oia nr̄a ꝓpria crimina vł occulta crimina. Et tu (miseratus fragilē humanitatē). i. debilē ꝛ incōstantē humanā naturā (dona lapsis). s. nobis in pctm̄ (veniā). i. indulgentiā ꝛ remissionē pctōꝝ (p sanctā crucē) quā tu ꝓprio corpe tuo sacrasti: ꝛ ꝓpterea in ea multa mirabilia operaris. Protege. Oratio est. O christe (ptege: salua: bñdic: scifica cunctū ppłm) christianū (p signaculū). i. p signū sctē (crucis) ꝛ (auerte). i. remoue (morbos). i. infirmitates (corporis ꝛ aīe) ꝛ sic tandē (nullū periculū stet). i. stare ꝛ durare possit (cōtra hoc signū). s. crucis. Auerto is ere actiuū. i. remoueo: sed auertor deponētale. i.

sperno. Vñ Boetius: Heu heu q̄ surda miseros auertitꝰ aure. Ultimo laudatꝰ sctā trinitas hoc modo (Laus). i. laudatio (sit deo patri in cruce filij) sui. s. iesu christi dñi nr̄i (coequalis laus). i. filis gloria (sit spiritui sctō) et (gaudiū). i. leticia ꝛ exultatio (sit angelis summis ciuibꝫ). i. celestibꝫ: ꝛ (exaltatio). i. sublimatio: vel (inuentio). i. repertio (crucis) sctē: qꝛ duo sunt festa: sit (honor). i. reuerentia (in mundo) qꝛ totus mundus gaudet ꝛ exultat in solennitate sctē crucis. ¶ Uocabula.

Uitalis. i. viuificus vel vitā dans. Vergil. Uitales auras carpis. Quāqꝫ tñ idē est qd̄ viuus. Hora. O puer vt sis vitalis metuo. Itē vitalia dicuntꝰ intestina aīalis. Originale pctm̄ dr̄ qd̄ habemꝰ ex origine p̄mi hoīs: qd̄ in baptismo p passionē christi remittitꝰ. Priuatus vno mō idē est qd̄ spoliatus. ꝛ sic regit ablatiuū: vt priuatus sum pecunia. Altero mō priuatus idē est qd̄ ꝓprius ꝛ nō publicus: vt priuata res: priuata pecunia. Ita capitꝰ in hoc hymno. Nā publicus ꝛ priuatus sūant ꝯtrarie. Hora. Publica p̄uatqꝫ secernere sacra ꝓphanis. Morbus corpis est infirmitas. Morbꝫ aīe est pctm̄. Itē a morbus fit morbosus. i. morbo plenꝰ. Et morbidus. i. infirmꝰ.

¶ De sctō Mauritio martyre hymnus vespertinus.

Lma christi qñ fides mundo passim traditꝰ: ꝛ pre-
a latus orbis fines igne flagrans floruit: tūc elegit
sibi gratum militem Mauritium.

Qui loricā fide textā forti gestans pectore: qua beata thebeorū induebat agmina: ad celorum vt consortes incitaret premia.

Martyr sacer quo vocetꝰ inclytus Mauritius: oēs simul quasi vnus vir ductu mirabili ad coronā promerendā properabant celitus.

Tunc armati spiritali ense christi milites: submittentes velut agnus pia colla iugulo: triumphabant trucidati spreto mundi principe.

Contemnentes blandimenta tyrannoꝝ noxia: floccipendunt mundi penas sub momēto vincere: vt ditentꝰ sempiterno sine fine munere.

Diem festū reuolutū anni monstrant orbita: qua beatā thebeoꝝ legionē colimꝰ: egris salus q̄ p̄stitꝰ: cecis visus redditꝰ.

Qui quapropter supplicantes illi preces fundimus: vt di
gnetur nobis christũ facere propitiũ: quem amauit: cũ quo
regnat nunc ⁊ in perpetuum.

Gloria ⁊ honor deo vsqꝫquo altissimo: vna patri filioqꝫ in
clyto paraclyto: cui laus est ⁊ ptãs ꝑ eterna secula. Amen.

¶ Iste hymnus canit᷑ de sctõ Mauritio martyre ⁊ socioꝝ eius. ¶ Ordo. (Oñ alma fides).i.sancta religio(christi).i.christianoꝝ(tradit᷑).i.data fuit (passim).i.manifeste(mũdo).i.seculo seu hoibꝫ in mũdo(et).i.etiã.s.qñ(plastus).i.ptãs romani imperij(floruit).i.in vigore erat: tũc scꝫ (elegit).i. reqsiuit(fines orbis).i.oẽs regiones ⁊ ꝓuincias terraꝝ: ⁊ sic venit ꝙ (elegit)scꝫ thebas(gratũ sibi militẽ).i.strenuũ capitaneũ (Mauritiũ) scꝫ quẽ direxit cũ legione cesari. (Qui)Mauritius(gestans)scꝫ fuit.i.portauit (loricã) .i.armaturã(textam).i.roboratã(forti fide pectore).i.in corde(qua) .s. lorica fidei(cõcitaret).s.Mauritius(beata agmina) .i. turbas beatificandas (cõsortes).s.suos exñtes.i.cõmilitantes(ad premia celoꝝ. Martyr sacer .i.sanctus testis scꝫ christi(inclytus).i.generosus mauritius(ad coronã).i. premiũ(eterne vite ꝓmerendã).i.impetrãdã(quo).i.ad quã vitã (vocauit) .i.cõuertit ⁊ cõfirmauit(oẽs).s.cõsortes(simul).i.pariter(q̄si vnus vir).s.esset: ita fuerũt cõcordes(ductu mirabili celitus) qꝛ diuina gr̃a ibi mirabilit᷑ cooperata est. (Tũc milites).i.cõmilitones mauritij(armati).i. fortificati(ense spũali christi).i.fide catholica(subuectentes).i.porrigẽtes fuerunt (pia colla).i.corpa sua exposuerũt voluntarie(q̄si agnus).s.mãsuetus qui ad victimã ducit᷑(⁊ martyres trucidati).i.occisi vel puniti (triũphabãt) .i. victoriã obtinebant: palmã cõseqbant᷑(spreto principe mũdi).i.ↄtẽpto cesare. Et sequit᷑ quõ spreuerũt(Floccipendũt).i.refutant.s.scti martyres (blandimenta).i.verba alliciatiua (tyrannoꝝ).i.ꝑsecutoꝝ (cõtemnẽtes penas).i.tormẽta.s.pati(vincere).i.supare(penas).i.tormẽta (sub momẽto) .i. breui tpe(vt).i.ꝙ(ditent᷑).i.remunerent᷑(sine fine).i.eternaliter (sempiterno munere).i.in ꝑpetuũ. Tunc admonet fideles ad celebrandã passionem eoꝝ dicẽs(Orbita).i.circulus(anni).i.tpis(monstrat).i.oñdit nobis (reuolutũ diẽ).i.istã solennitatẽ(qua).i.in qua solẽnitate(colimus).i.veneramur cũ deuotiõe nr̃a(beatã legionẽ).i.sanctã turbã(thebeoꝝ) .i.militũ a thebis missam imperatori(qua).s.die(prestat).i.largit᷑(salus).i.valitudo (egris).i. infirmis(⁊ cecis).s.hoibꝫ(reddit᷑).i.restituit᷑(visus. Nunc quapropter).i. ob vel idcirco(fundimus).s.nos christiani(illi).s.mauritio(p̄ces).i. petitiones(nunc).i.inp̄sentiaꝝ(vt dignet᷑).i.velit(nobis) peccatoribꝫ (facere christum)iesuꝫ(ꝓpitiũ).i.misericordẽ(quem).s.christũ(amauit).s. hec turba (cũ quo).s.christo(regnat).i.triumphat(nunc).i.modo(⁊ in ꝑpetuũ).i.eternaliter. (Gloria).i.decus(⁊ honor).i.reuerentia (sit deo patri ⁊c.vt.s̄.

¶ De sancto Michaele hymnus ad vs.
Metrum saphicũ adonium.

CHriste sanctoꝝ decus angeloꝝ:rector humani generis ꝛ autor: nobis eternū tribue benignus scandere celum.

Angelum pacis michael ad istā celitus mittas rogitamꝰ aulam:nobis vt crebro veniente crescant prospera cūcta.

Angelus fortis gabriel vt hostem pellat antiquū volitet ab alto:sepius templū veniēs ad istud visere sanctū.

Angelū nobis medicū salutis mitte de celis raphaelē: vt omnes sanet egrotos:paritercꝫ nostros dirigat actus.

Hinc dei genitrix maria:totus ꝛ nobis chorus angeloꝝ semꝑ assistat:simul ꝛ beata concio tota.

Prestet hoc nobis deitas beata patris ac nati paritercꝫ sancti spiritus:cuius reboat in omni glia mūdo. Amen.

¶Ordo. O(christe decus sctōꝝ angeloꝝ)sanctoꝝ dico ad differētiā maloꝝ. Et nota ꝙ autor facit hic inuocationē ad singulos angelos(rector humani generis ꝛ autor)tu (benignus tribue nobis scādere).i.ascendere(celū).i.regnū(eternū. Rogitamꝰ mittas celitus).i.de celo dirigas (ad istā aulā).i.ecclesiā(michaelē angelū pacis).s.q nos placat deo. Quotiēs magna nunciantᷣ nobis a deo michael mittitᷣ. qū ṽo maiora gabriel mittitᷣ: vt marie ꝛ zacharie.qū ad medelā raphael mittitᷣ:vt thobie. Raphael interpᵱtatᷣ medicina. Ad hoc ergo mittatᷣ(vt cuncta ꝓspera crescant veniente)michaele angelo dei(crebro).i.frequēter. (Gabriel)interpᵱtatᷣ (angelus fortis).i.fortitudo dei:ꝑ quē intelligitᷣ ꝙ fortis fuit ꝛ potens ad defendendū fortitudinē diaboli ꝑ virtutē sctē crucis. Et gabriel fortis angelus (volitet).i.volet(ab alto celi:vt pellat antiquū hostē).i.diabolum. Gabriel dico (veniens sepius in istud templū).i.ecclesiā misertus nostri. O chre (mitte nobis angelū raphaelē medicū salutis)nostre. Raphael interpᵱtatᷣ medicina dei.ꝛ signat christū:qui tulit nobis de celis medicinā.i.portauit nobis medicinā de celo scꝫ spūsanctū:cuius gratia mundati sumus ab omi peccato:ꝛ liberati ab hoste antiquo(vt sanet).i. curet nos (oēs egrotos) in mente:ꝛ(dirigat actus nostros) .i.nostras operationes prauas ad bonam operationē vel inuocationē. Hinc dei genitrix. Hic facit inuocationem Marie ꝛ etiā angeloꝝ dicens: O(maria genitrix dei nostri: ꝛ totus chorus angeloꝝ assistas semper).i.in omni tēpore(nobis).s.omnibꝫ(ꝛ tota concio beata).i.exercitus angeloꝝ nobis assistat simul omnibꝫ diebꝫ:vt isti intercedant pro nobis. (Beata deitas)scꝫ(patris ac nati).i.filij(ꝛ spūssancti prestet).i.tribuat (nobis pariter) hec supradicta (gloria cuius) spiritus (reboat).i.personat(in omni mundo.Amen).i.sine fine.

¶ Vocabula. Decus dicit᷑ id qđ decet.i.honestas. Pli. Decus est mor-
tali iuuare mortalē. Hinc dedecet.i.non decet. Autor idem est qđ factor
aut principalis causa efficiens. Michael interpretat᷑ quis vt deus. Quo
noie denotat᷑ eius maiestas. Gabriel interpretat᷑ fortitudo dei. Rapha-
el interpretat᷑ medicina dei. Aula est domus principis. Veteres etiā po-
nebant aulam ꝓ olla: vt apud Plautū in Aulularia. Creber.i.cōtinuus.
Inde aduerbiū crebro.i.cōtinuo vel sepe. Visere idē est qđ visitare.
Nota ꝙ angeloꝝ noia: quia barbara.i.hebrea sunt: ponunt᷑ hic indeclina-
biliter. Boare est clamare sicut bos. Inde reboo.i.reclamo. Vergi. Re-
boant siluęq: ⁊ magnus olimpus.

¶ De sancto Gallo.

Ita sctōꝝ via spes salusq christe: largitor probi-
v tatis atq ꝯditor pacis: tibi voce sensu pangimus
hymnū.

Cuius est virtus manifesta totum quod habent: quod ore
corde vel factis cupiunt: amoris igne flagrantes.

Qui tua sanctū pietate Gallū indicē lucis superne dedi-
sti: eius vt docti monitis tenebras mente fugamus.

Hic ad exemplū volucris canore actibus sese prius exci-
tauit: vt quod vigor instruentis vita probaret.

Qui potens verbo: venerandus actu semꝑ eternis inhiās
lucellis: plura salutis meruit superne signa potenter.

Quesumus mūdi sator ⁊ redemptor: vt sacris eius ꝓcibꝫ
tueri hanc velis plebē: tribuēs qđ optat corde benigno.

Temporꝫ pacem: fidei tenorē: languidis curam: veniāq
lapsis presta: pariter beate munera vite.

Ne quibus tāti dederas patroni prima prouisor documē-
ta: clemens illius sacrā patiaris vnq deserere curam.

Huius obtentu liquet actuari: iste ne laudem tibi summe
rerum rector acceptā locus expedire cessat in euum.

Hoc patris proles: pater hoc benigne: spiritꝰ patris hoc
vtriq nunc ⁊ eterno facis ⁊ perenni tēpore secli. Amen.

¶ Iste hymnus de sancto Gallo canitur. In quo autor inuocat christum tanq̄ fontē pietatis: a quo fluxit gratia: que cōfortauit ꝛ irrigauit sanctos suos in bonis operibꝰ: vt ipse faciat nos doctrinis illoꝝ illuminari: ꝛ sequi pia monita eoꝝ. Scd̄o cōmendat istū sanctū in predicatione ꝛ christi doctrina. ibi: Hic ad exemplū volūcris. Quia ad modū auis siluas incolentis: que sunt deserta loca: cecinit vitam penitentialē alijs predicando. Et gratiā habuit q̄ illa que docuit grata fuerunt ꝛ accepta hominibus: quia sanctis operibꝰ adimpleuit eadem. Ideo dirigit petitionē suam ad christū: vt meritis ꝛ precibus sancti Galli nos exaudiat. ibi: Quesumꝰ autor.

¶ Ordo. O (christe). i. vnice fili dei (vita) scʒ existēs. i. viuacitas (sanctoꝝ) tuoꝝ omniū. s. ꝛ existens (spes. q̄ʒ) pro et (salus). i. fiducia ꝛ sanitas seu saluatio (q̄ʒ) pro et (largitor). i. donator ꝛ tributor: (probitatis). i. bonitatis ꝛ iusticie (atq̄ʒ). i. etiā (cōditor pacis). i. creator qui tranquillos facis in animo (nos pangimus). i. decantamus (hymnum). s. in festo huius sancti abbatis (voce). i. cū ore cantica laudis (sensu) attendentes ꝑ intellectū rem de qua: quare ꝛ cui cantamus. (Cuius). s. christi (est manifesta virtus). i. aperta potentia (totum). i. omne illud (quod. s. totū (pij). i. sancti (possunt). i. valent ꝑficere corpore ꝛ animo: ꝛ (qd̄ habent). i. possident: vel (qd̄ cupiunt). i. desiderant tui sancti (ore). i. ꝑ p̄ces (corde). i. intētione (vel factis). i. operibꝰ (flagrantes). i. ardentes accensi (igne amoris). i. flamma vere charitatis.

(Qui). s. christe (dedisti). i. misisti nobis (tua pietate). i. ꝑ tuā pietatē ꝛ gratiā (sanctū Gallum) confessorē sic dictū (indicem). i. ostensorē (superne lucis). i. altissimi luminis. s. concede (vt docti). i. instructi: euocatio implicita: (monitis eius). i. predicationibꝰ sancti Galli (fugemus). i. repellamus (tenebras). i. obscuritates ꝛ cecitates (mente). i. a mente vel ab anio nostro.

(Hic) sanctus Gallus (excitauit). i. prouocauit (sese). i. seipsum (prius). i. ante (canore). i. cū cantu. s. ꝛ (actibꝰ). i. operationibꝰ (ad exēplū volucris). i. ad similitudinē auicule (vt). i. q̄ (quod). s. illud (vigor). i. fortitudo corporalis (ingessit). i. intulit ꝛ imisit (vita instruentis). i. docentis scʒ sancti viri (probaret). i. ostenderet ꝛ cōfirmaret. (Qui) scʒ sanctus Gallus (potēs). i. validus erat (verbo). i. in loquela ꝛ sermone. s. ꝛ (venerandus). i. honorādus ꝛ reuerendus (actū). i. operatione (inhians). i. insistens (eternis lucellis). i. lucris ꝑpetuis (meruit). i. ꝓmeruit (patenter). i. manifeste (plura signa). i. valde multa miracula (superne virtutis). i. ꝑ potentiā diuinā sibi aspiratam.

Quesumus ꝛc. Inuocat christū vt precibꝰ sancti cōfessoris nos exaudiat ꝑ petitis nostrꝭ. Et diuidit in duas partes. Primo facit hoc. Scd̄o declarat que sint illa petita. ibi: Temporꝫ pacē ꝛc. O (sator). i. creator (ꝛ redemptor). i. liberator (quesumus). s. nos christiani. i. rogamꝰ (vt). i. q̄ (velis) i. digneris (tueri). i. defendere (hanc plebē sacris precibus eius). i. sanctis orationibus confessoris tui sancti Galli. Tunc enumerat illa pro quibus rogat: dicens. O sator mundi (presta). i. concede (pacem temporꝫ). i. cōcordiam ꝛ tranquillitatē nostris temporibus: ꝛ hoc corporaliter ꝛ spiritualiter. s. ꝛ presta (tenorem fidei). i. stabilitatē ꝛ firmitatem fidei. i. credulitatis: ꝛ. s. presta (curam languidis). i. medicinā infirmis (q̄ʒ) pro et. s. presta (veniam lapsis). i. indulgentiā peccatoribus (pariter). i. simul. s. presta (munera). i. dona (beate vite). i. eterne felicitatis.

Tunc inuocat sanctã trinitatẽ more solito dicẽs (Proles). i. filius dei (patris). s. eterni ꝛ oĩpotẽtis (faciat hec). i. cõcedat nobis. s. petita: ꝛ o (benigne pater). i. piissime genitor. s. pſta (hoc). s. idẽ: ꝛ o (spũs). i. almũ pneuma (presidens). s. existẽs (ꝛ cõpar). i. equalis (vtriqꝫ). s. patri ꝛ filio (faciat). s. trinitas patris ꝛ filii ꝛ spũsſcti. i. cõpleat (nunc). i. in pſenti tpe nr̃a petita: ꝛ (eterno). i. eternaliter (ꝛ perenni tpe). i. ppetuis tpibꝫ (seculi). i. mundi. Amen.

¶ De omnibꝫ sanctis ad vs̃. hymnus.

Omnes superni ordines dicat hic dies mille millenis millies: vestros audite supplices.

Primũ virtutes ignee: mox repleti scientie: exhinc iuuate nos prece sessiones dominice.

Nunc vos celestes domini ꝛ principes preualidi potẽtiaqꝫ prediti: estote nobis placidi.

Hinc ditati virtutibꝫ: vosqꝫ tremendi nutibus: ꝛ fulgorosi vultibus: christi fauete plebibus.

Omnes qꝺ dei gratia ab hac exemit patria: bona donans celestia: nostra laxate crimina.

Tu pater assis abraam: claram gerens prosapiã: cũ ipsis necessariam nobis precando veniam.

Tandẽ dauid hymnidicis hincinde stipatus choris: pulcher coronis regiis: cunctis succurre miseris.

Sacer adesto flagitãs cetus futura predicãs: nobis christum cõcilians in celo iam tripudians.

Omnes dũ carnem induit quos christus pſens docuit: quosqꝫ absentes imbuit erigite qui corruunt.

Nostros supreme clauiger: ꝛ noue pacis legifer: omnesqꝫ christi crucifer actus mundate pariter.

Nunc posse dei genitrix omnisqꝫ carnis domitrix: cessetqꝫ culpa perditrix: ꝛ plebs saluatur debitrix.

Nunc omne sacerdotiũ: primus ordo pontificum: clerum

regendo subditum: fletum tergite supplicum.

Istud concede trinitas & indiuisa vnitas: domos regens pacificas etates p interminas.

¶ Iste hymnus in honore omniũ sanctoꝝ canit. Et diuidit in duas partes Primo inuocat sanctos & angelos dei: vt adiuuãt nos christianos: q̃ eorũ solennitatẽ peragimus. Scd̃o refert gloriã trinitati. ibi: Deo patri sit gloria. Prima pars adhuc diuidit in duas. Primo inuocat sctõs angelos in speciali. Scd̃o generaliter oẽs sctõs. ibi: Omnes quos dei gratia. Prima adhuc in tres scindit partes. In prima inuocat primã hierarchiã: q̃ continet tres superiores choros angeloꝝ. s. Seraphin: cherubin: throni. Scd̃o inuocat mediã hierarchiã: q̃ etiã ꝯtinet tres. s. dñationes: principes & potestates. Tertio implorat infimã hierarchiã: que cõtinet tres vltimos & inferiores. s. virtutes: archangelos & angelos. Prima ibi: Primũ virtutes &c. Scd̃a ibi: Tũc vos celestes dñi. Tertia ibi: Hinc ditati virtutibꝫ. Scd̃a pars etiã subdiuidit. Primo gñaliter ĩuocat oẽs sctõs: qui ex hac miseria nostri incolatus ascenderũt celũ. ibi: Omnes q̊s dei gratia. Scd̃o in speciali: & hoc multipliciter. Primo patriarchas reges & ꝓphetas. Scd̃o apostolos & martyres. ibi: Nostros supreme clauiger. Tertio omnẽ gradũ ecclesiasticũ. ibi: Nũc omne sacerdotiũ. Quarto dirigit petitionẽ ad beatissimã genitricẽ virginẽ Mariã. ibi: Nunc posse dei genitrix. Dicit g̊ p̄mo.

¶ Ordo. (Omnes superni ordines). i. totus exercitus celestis militie: vel cuncti chori angeloꝝ (quibꝫ). i. quoꝝ omniũ cõmemoratione (dicat). i. instituta est (hec dies). i. ista solennitas (milleni milies mille). i. existentes in numero infinito. Ibi põt esse metonomia: qꝛ sunt solũ nouẽ: quoꝝ numerus est humana cognitione certus. (Audite). i. exaudite (vestros supplices). i. nos in deuotione nostra vobis supplicãtes. O (ignee virtutes). i. vos angeli seraphin: qd̃ interp̄tat ardens. s. ꝙ nos incendere dignemini charitate dei & p̄ximi (mox. i. scd̃o (repleti scientie). i. vos angeli cherubin: qd̃ interpretat plenitudo scientie. s. vt nos illustrare dignemini ad scientiã nomĩs dei filij (exhinc). i. tertio (vos sessiones dñice). i. vos angeli dicti throni: in q̃bus dꝛ deus sedere ad iudicandũ. s. vt nos quietos facere dignet ab impugnatione diabolica. (Cum). i. p̄terea. s. quarto loco (vos celestes dñi). i. vos angeli dicti dñationes: scꝫ vt nostrũ oĩm domini: ne nobis dominetur ptãs diaboli (& preualidi principes). i. vos angeli dicti principatus: scꝫ vt primatũ vite nos adipiscendũ ꝓcurare velitis (qꝫ), p & (vos p̄diti potentia). i. vos angeli dicti ptãtes: scꝫ vt vr̃a ptãte nos eripere dignemini a suggestione diaboli (estote nobis placidi). i. oñdite vos nobis exorabiles & deo placabiles. (Hinc). s. septimo loco (vos ditati virtutibꝫ). i. vos angeli dicti virtutes: scꝫ vt nos abundare virtutibꝫ efficiatis (qꝫ), p et (tremendi nutibus). i. vos archangeli quoꝝ p̄sentia quecũqꝫ exterrere nitit (&). i. etiã (fulgurosi vultibꝫ). i. vos angeli missi ad declarandũ negocia oĩa. s. vt nos respondere faciatis per opera virtutũ in conspectu dei & benedicte virginis Marie. Tunc sequit secunda pars principalis. In qua inuocat homines sanctificatos in patria: & primo in generali: dicens (Omnes). s. sancti

carnis ex valle lachrymaꝝ ꝑ gratiā dei nō gratis datam: sed que vos gratos fecit (donans) .s. q̄ gratia dei donauit vobis(bona celestia).s. que nec oculus vidit: nec auris audiuit:nec in cor hominis ascendit: vt ait Pau. (laxate).i.soluite(nostra crimina).i. peccata.q.d.operā date vestris p̄cibꝰ: vt dimittamur a criminibus nostris. (Tu pater).i.patriarcha (abraam) qđ interpretaꝛ pater multarū gentiū (regens).i.gerens vel gubernās (claram prosapiā).i.illustrē progeniē(assis).i.presens sis(precādo).i.postulando(nobis).s.pctōribꝰ(cū ipsis).i.ceteris patriarchis (veniam).i. remissionē pctōꝝ nostrorū. Inuocat reges dicēs (Tandem).i.vltimo tu(dauid).s. post ordinē patriarchaꝝ ⁊ prophetaꝝ rex sic dicte(stipatus).i. circūdatus (hincinde).i.ex omni parte(choris hymnidicis).i. cū omnibus laudem domini cantantibꝰ:quorū tu medius es:⁊ eximius scribentiū cantica psalmorū.s.et(pulcher).i.decoratus(regijs coronis:succurre).i.subueni precibus: ⁊ fer auxiliū(cūctis miseris).i.omnibꝰ pctōribꝰ. Hic inuocat sanctos ꝓphetas dicens: O(sacer cetus).i.turba(predicans futura).i.prophetarū p̄dicantium futuros euentus(adesto).i.dignare nobis adesse tuis precibus (flagitans).i.rogans ⁊ petens(nobis)scꝫ peccatoribꝰ(cōcilians).i.mitigās: placans(christū).i.saluatorē nostrū(tripudians iam in celo: qui iam possides regnū beatitudinis. (Omnes).s.vos sancti(quos).s.sanctos(christꝰ docuit).i. informauit verbo salutifero predicationis euangelice doctrine (presens).i.in persona propria(dum induit carnem).i.quādo assumpsit humanā naturā(qꝫ)pro et(quos).s.vos sanctos(imbuit absentes).i.instruxit ꝑ spiritūsanctū post ascensionē.s. vos omnes(erigite).i. subleuate populum scꝫ christianū(qui)scꝫ populus(corruit).i.cecidit in pctm̄ ⁊ collapsus est.

Inuocat sanctos apostolos dicens: O(supreme clauiger).i.o sancte petre apostole:cui cōmissi sunt claues regni celoꝝ:⁊ o (legifer noue pacis).i. o sancte Joannes euangelista:vel tu Paule doctor gentiū ferens nobis legem nouam(qꝫ)pro et(omnis crucifer christi).i. vos omnes martyres: qui pro nomine christi crucem martyrij tulistis(mundate).i. tergite (pariter).i. simul(actus).s.nostros. Inuocat statum spiritualiū in celo ⁊ in terra existentiū dicens(Nunc)..s.post predictos(primus ordo pontificū).i.summorū sacerdotū.s.⁊(omne sacerdotiū).i.totus status spiritualiū vos (tergite) .i.mundate:exiccate(fletum).i.ploratum(supplicū).i.vos inuocantium(docendo).i.instruendo(subditum clerū).i.subiugatū inferioris dignitatis vobis. Hinc posce ⁊c. Inuocat gloriosam dei genitricē virginē Mariā: vt impetret nobis remissionem peccatoꝝ:dicens. O(genitrix).i. puerpera (dei)scꝫ filij tu(posce).i.postula(hinc).i. exinde post sanctos ⁊ angelos: vt (perditrix culpa).i.noxia(cesset).i.desinat (qꝫ)pro et (domitrix).i. subiugatrix(omnis carnis).i.carnalis cōcupiscentie.s.postula vt(debitrix plebs).i. reus populus(saluetꝛ).i.liberetꝛ. Istud concede. Ultimo dirigit preces ad beatā trinitatē dicens:O(trinitas)scꝫ in personis (⁊ indiuisa vnitas).i. inseparabilis substantia(concede).s.tu deus qui es trinus ⁊ vnus(istud).s. quod petimus.i.dignare nos exaudire in petitionibꝰ nostris (regens).s.sis domos).s.nostras(pacificus).i.pacifice (per interminas etates).i. eternaliter.Amen.

¶ Ad cōpletoriū hymnus.

IEsu saluator seculi redēptis ope subueni: ꝛ pia dei genitrix salutem posce miseris.

Cetus omnes angelici: patriarchaꝝ cunei ꝛ ꝓphetarū merita nobis precent veniam.

Baptista christi preuius: ꝛ clauiger ethereus: cum ceteris apostolis nos soluant nexu criminis.

Chorus sacratus martyrū: sacerdotū cōfessio ꝛ virginalis castitas nos a peccatis abluant.

Electoꝝ suffragia: omnesqꝫ ciues celici annuāt votis supplicum: ꝛ vite poscant premium.

Laus honor virtus gloria deo patri ꝛ filio sancto simul paraclito in sempiterna secula. Amen.

¶ Hymnus iste cōtinuatꝰ superiori sic. Ita dixi: O christe ꝯserua tuos famulos: ꝛ bene debes: quia redemisti nos. Et hoc est qđ dicit.
¶ Ordo. O (iesu saluator seculi subueni). i. succurre (redemptis ope) scilꝫ tuo auxilio: o (pia dei genitrix posce). i. impetra (salutē) scꝫ animaꝝ nobis (miseris.) O (omnes angelici cetus). i. omnes societates seu omnis exercitus (cunei). i. chori (patriarchaꝝ ꝛ merita prophetaꝝ precentꝰ). i. postulēt vel impetrant (nobis veniam). i. indulgentiā peccatoꝝ. (Baptista) ioannes (preuius). i. precursor (christi: ꝛ clauiger) scꝫ Petrus (ethereus). i. celestis (cū ceteris apostolis soluant nos a nexu criminis). i. a vinculis pctōꝝ. (Sacratus chorus). i. sacer cetus (martyrum) ꝛ (cōfessio sacerdotum). i. iustoꝝ (ꝛ castitas virginalis). i. virginū (abluant). i. mundent nos a peccatis. (Suffragia). i. patrocinia (electoꝝ). i. sanctoꝝ (ꝛ omnes celici). i. celestes (ciues). i. angeli (annuant). i. faueant (votis). i. precibus (supplicū). i. humilium (vt poscant). i. impetrent (premiū vite) scꝫ eterne. (Laus: virtus honor gloria). s. sint (deo patri ꝛ filio ꝛ simul paraclito). i. spirituisancto (in sempiterna secula). i. eternaliter. Amen.
¶ Vocabula. Cetus ceti. i. belua marina. Cetus cetus ꝟo est congregatio. Cuneus est instrumentū in vno fine grossum: in altero acutum: quo ligna finduntur ꝛ secantꝰ. teu. ein zweck oder speidel. Ponitꝰ etiā interdum pro multitudine: vt in hoc hymno. Clauiger hoc in loco accipitꝰ pro eo q̄ clauem gerit. i. beatus Petrus apostolus. Sed Ouidius accipit pro eo q̄ clauam gerit. i. pro Hercule. Monachus interpretatur solitarius. Sed Monychus fuit propriū nomen cuiusdam centauri. Martyr grece est testis latine. Inde martyriū. i. testimoniū.

¶ Ad nocturnum hymnus.

Christe redemptor omniũ conserua nos famulos: beate semꝑ virginis placatus sanctis precibꝰ.

Beata quoqꝫ agmina celestiũ spirituũ: presentia: preterita: futura mala pellite.

Uates eterni iudicis apostoliqꝫ dñi: suppliciter exposcimus saluari vestris precibus.

Martyres dei inclyti: confessoresqꝫ lucidi: vestris orationibus nos ferte in celestibus.

Chorus sanctaꝝ virginũ monachorũqꝫ omniũ nos simul cum omnibus christi consortes facite.

Gentem auferte perfidam credentiũ de finibus: vt christo laudes debitas persoluamus acriter.

Gloria patri ingenito: eiusqꝫ vnigenito: vna cũ sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.

¶ Ordo. Redemptor. Hic facit inuocationẽ ad oẽs ordines angeloꝝ: et deprecaꝛ eos vt ipsi assint nobis: ꝛ a nobis omnia repellant: ꝛ nos purificatos corde ꝛ corpore ꝛ opere ad celestia regna perducant. O (christe redemptor omniũ) fideliũ (cõserua tuos famulos) qui tibi famulaꝛ: tu dico (placatus sanctis precibꝰ (beate) marie (virginis.) O (beata agmina celestiũ spirituũ). s. angeloꝝ (pellite quoqꝫ). i. siĺr (p̃terita mala). i. vitia ꝛ futura a nobis. (Uates). i. o vos prophete (eterni iudicis). i. christi: o (apl'i domini exposcimus). i. deprecamur (suppliciter saluari vestris precibus.)

O (martyres dei inclyti). i. nobiles ꝛ electi (et confessores lucidi). i. casti (ferte nos in celestibus) regnis (vestris orationibꝰ. (Chorus sanctaꝝ virginum ꝛ omniũ monachorũ facite nos christi consortes). i. participes celestis regni (cum omnibus) sanctis. (Auferte). i. remouete (gentem ꝑfidã). i. infidelem (de finibus credentium) ꝛ ad quid? (vt persoluamus alacriter). i. iocose (christo laudes debitas.) (Gloria). i. laus sit (patri ingenito: eiusqꝫ vnigenito). i. filio vnico. s. iesu christo domino nostro (vna). i. pariter (cũ sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.)

¶ De sancto Martino episcopo hymnus.

Metrum sicut Inuentor rutili.

FRatres vnanimes federe nexili: participes luminis annui: quo solis hodie fulminet orbita: Martini reuehens festa celebria.

Cantemus pariter festū amabile Martini meritis opido nobilis: clerus cum populo consonet organo: grandi nā volupe est psallere gaudio.

Martinus quoniā vota fideliū attendit: tribuens cuncta salubria: confert hic famulis rite canentibꝫ stellis aureola serta micantibus.

Cunctis candelabrum luminis extitit: a multis tenebras mortis ⁊ expulit: virtutū statuit crescere germina in quorū fuerant pectore crimina.

His nobis subsidijs vndiqꝫ prediti: pangamus proprio cantica presuli: laudemus parili voce quod approbat: damnemus vigili mente quod improbat.

Martinū precibus gens gallica dignis sollicitet nostraqꝫ patria: Martinus faciat tempora prospera: mūdi christe salus sit tibi gloria.

¶ Ordo. O (fratres vnanimes).i.vniꝰ animi ⁊ voti.s.ligati (nexili federe) .i.forti iuramēto: existētes (participes mecū annui luminis) .i. qđ singulis quibusqꝫ annis redit (quo) lumine vel die (fulminet).i.coruscat (hodie orbita).i.via (solis reuehens).i.reportans (celebria festa).i.solennia bti (martini) epi. Ideoqꝫ nos (pariter).i.simul vna (cantemus).i.psonemus (amabile carmē).i.delectabilē cantū (meritis).i.ex dono beati (martini oppido) .i. valde (nobilis) ⁊ (clerus).i.sacer ordo clericoꝝ vna (cū pplo cōsonet).i.conformet se (organo).i.instrumēto musico ecclie (nā est grandi volupe).i.magne voluptatis ⁊ leticie (psallere cū gaudio).i.exultatione. (Quoniā) beatus (martinus) eps (attendit).i.aduertit (vota fideliū).i. desideria christianoꝝ (tribuēs).i.dās ⁊ largiēs (cūcta salubria).i.salutaria eterne vite: ⁊ (hic) btūs martinus (cōfert).i.dat ⁊ largit (famulis) suis (rite canentibꝫ).i.psallētibꝫ ⁊ eū collaudantibꝫ (serta aureola).i.cōfectas coronas (micātibꝫ stellis) .i.splendētibꝫ. Nā ipse btūs p̄sul (extitit).i.fuit (cūctis) hoibꝫ (candelabrū luminis).i.exēplū splendidū optimarū virtutū (⁊ expulit).i.fugauit (a multis) scꝫ petōribꝫ (tenebras mortis).i.pctā (⁊ statuit).i.fecit ⁊ ordinauit (crescere).i.multiplicare (germina).i.stipites (virtutū).s.optimaꝝ (in quoꝝ) scꝫ

petōꝝ ⁊ hoīm(pectore) .i.cordibus(fuerant.i.resederant olim(crimina).s. pctā. Ideoq̧ nos(prediti).i.muniti ⁊ donati(vndiq̧ his subsidijs).i. auxilijs(pangamus).i.aperiamus ⁊ psallemus ac offeramus ⁊ demus (cantica).s.leticie laudis honoris ⁊ glorie(ꝓprio p̄suli)scz btō martino bn̄merito ⁊(laudemus).i.magnifaciamus(parili voce).i. equali ⁊ vnanimi hoc(qđ approbat).i.laudat ⁊ extollit:ac(damnemus).i.subuertemus (vigili mēte) .i.aperta hoc(qđ improbat).i.damnat. (Gallica gens) .s.francigenaꝝ ⁊ germanoꝝ ac hungaroꝝ(sollicitet).i.cōmoueat(dignis p̄cibꝫ).i. bene meritis orationibꝫ beatū(martinū)epm̄(⁊ nr̄a patria).s.turonensis.s. eū laudet. (Martinus)p̄sul dignissimus(faciat).i.tribuat ⁊ largiat̄(ꝓspera tp̄a).i.felices successus tēpoꝝ.O(christe salus mūdi).s.q̄ mundū ꝑditū tuo saluasti sanguine(sit tibi gl̄ia).s.in solēnitate beatissimi martini:vt ꝓ nobis apđ te semꝑ fidelis sit intercessor.Amen. ¶ Vocabula.

Nota.Oia noia in ilis q̄ formant̄ ab vltimo supino s̄cant passiue:vt nexilis.i.nexus:sutilis.i.sutus:tortilis.i.tortus:fictilis.i.fictus:sculptilis.i. sculptus. Opido hic aduerbiū s̄cans valde.⁊ sepe legit̄ nō solū apđ poetas: sed etiā in sacris lr̄is.Qđ aūt vulgus ait opido aduerbiū ꝓducere: id falsum est. Si aūt velis opido nomen esse:versus nō valet. Clerus est congregatio clericoꝝ. Volupe s̄cat iucundū. Plau. Quia vos tranquillos video:gaudeo ⁊ volupe est mihi. Idē.Facite vestro aīo volupe. Aureolus est diminutiuū ab aureus:⁊ est adiectiuū sicut aureus:⁊ idē s̄cat. Oñq̧ tñ substantiuat̄ in feminino gñe. Sertū est corona p̄cipue de floribus cōserta.i.cōposita. Subsidiū,i.auxiliū postea missum.nā qđ ante necessitatē dat̄ p̄sidiū đr. Approbo cōprobo s̄cant laudo. Improbo ⁊ reprobo s̄cant vitupero. Inde improbus reprobus.i.malus ⁊ vituperabilis. Sollicitare est facere sollicitū:vel cōmouere.

¶ Ad horas canonicas hymnus in solennitate beati Martini episcopi. Carmen iambicū.

EIA gratulemur spiritu voti colentes debita:hec festa que solennibꝫ Martinus ornat gaudijs.

Tu supple christe qđ minus vis nostra languēs efficit:tu da quietos tempoꝝ dies nobis presentiū.

Martinus aūt preuius fac vt sit horis omnibꝫ: ne demonum fallacia pes noster impactus ruat.

Hic arma nobis celica instante pugna cōferat: hoc ꝑliante cominus hostis fugetur noxius.

Hic nos ꝑ vndas seculi clauo gubernet prospero: ne forte nostram spumea puppim charibdis sorbeat.

Hic nos triumpho nobili ꝛ laureatos mystice aptet tuis cōspectibꝫ iunctos supernis ciuibus. Amen.

¶ Ordo. (En).i.ecce nos christiani(gratulemur).i.letemur(spū).s.mentis nr̄e ꝛ cordis(colētes).i.venerātes(debita voti).i.q̄ debemꝰ ex voto(hec festa).s.p̄sentia ꝛ hodierna(q̄)btūs(martinus ornat).i.decorat (solēnibꝫ gaudijs).i.debitis veneratiōibꝫ ꝛ honoribꝫ. O(christe)iesu tu(supple).i.adimple(qd̄ est minus).i.in q̄ deficimꝰ ꝛ defectū habemꝰ:vel(qd̄ nr̄a languens vis).i.infirma potētia(minꝰ efficit).i.facit vel p̄ficit(ꝛ tu da quietos dies).i.trāquillos ꝛ pacificos(p̄sentiū tēpoꝝ).i.dieꝝ. Et tu chr̄e(fac).i.ꝯcede (vt btūs martinꝰ sit p̄uius).i.p̄cursor ad intercedēdū ꝓ nobis(oībꝫ horis) ꝛ momētis(ne fallacia demonū).i.malignoꝝ spirituū(pes nr̄).i.cogitationes (ruat).i.cadat(impactus).i.collisus. (Hic)btūs martinus(cōferat).i.cōcedat ꝛ largiat᷑ nobis(celica arma).i.celestia ꝛ potestatē supnoꝝ(instāte pugna).i.tp̄e tētationis:ꝛ(hoc).s.btō martino ꝓ nobis(p̄liante).i.dimicante ꝛ pugnante(hostis noxius).i.diabolus dānū afferēs(fuget᷑).i.ꝓpellat᷑ (cominus).i.lōge. Et(hic)btūs eps̄(gubernet).i.regat nos(p̄spero clauo).i.felici remige(ꝑ vndas).i.aduersitates ꝛ tribulatiōes huius(seculi).i. mūdi ꝛ hoīm eius(ne forte).i.ꝙ nō(spumea charibdis).i.saxū spumā maris efficiens(sorbeat).i.absorbeat(nostrā puppim).i.nauē. (Hic)sctūs martinus (aptet nos).i.societ nos cū(nobili triūpho).i.clara leticia(laureatos).i.coronatos(mystice).i.spiritaliter(tuis ꝯspectibꝫ).i.vultibꝫ. ꝛ loquit᷑ ad chr̄m quē prius citauerat ꝑ apostrophen(iunctos).i.associatos (supnis ciuibus) .i.celestibus in eterna patria. Amen. ¶ Uocabula.

Gratulor est de alicuius bono letari. Etiā s̄cat gratias agere. Dicit᷑ etiā grator in eodē sensu:sed apud poetas tm̄ reperit᷑. Impingere est impellere vel intēdere: vt Petrus impegit caput suū parieti. Hinc fit impactꝰ.i. impulsus vel intrusus. Clauus inter alia s̄cat lignū q̄ regitur gubernaculū nauis.teu.ein ruoder. Charybdis est grāde saxū in mari inter italiā ꝛ siciliā:q̄ð graue periculū facit nauigantibꝫ. Uñ ponit᷑ hic ꝓ periculo ꝛc.

¶ De sancta Katherina hymnus ad vs̄.

Ue Katherina martyr ꝛ regina:virgo deo digna: a mitis ꝛ benigna.

Costi regis nata:christo regi grata: vera sp̄ōsa christi christum induisti.

Que te spopondisti fore sponsam christi:sp̄ōsa sp̄ōso gratos fac nos ꝛ acceptos.

Uictrix sapientū dum soluis tormentū:cesa lacte fluis:sina sepeliris.

Monstra te vite viam: vt philosophiam mundi transeam⁹ veram inquiramus.

Ora ꝛ inclina nobis verū sina: vt intremus chorum tecū angelorum.

Sit laus deo patri: christo summo decus: spirituisancto honor trinus ꝛ vnus. Amen.

¶ Iste hymnus q̇ de sctā katherina canit᷑: diuidit᷑ in duas partes. In p̄ma autor ponit multas cōmendatiōes btē martyris. Scḋo refert laudes deo: ibi: Sit laus. Prima adhuc in duas diuidit᷑. Primo cōmendat beatā katherinā penes eius martyriū in gñali: ꝛ penes ei⁹ nobilitatē regalē: ꝛ penes eius puritatē ꝛ pudicitiā virginalē. Scḋo cōmēdat eā penes eius p̄dicationē salutarē ꝛ sapiētiā: ꝛ cū hoc recitat eius martyriū in speciali ibi: Victrix sapientū ꝛc̄. Ubi primo facit hoc qḋ dictum est. Scḋo ex h̄ inuocat sanctā katherinā ꝓpter eius p̄dicationē ꝛ doctrinā salutarē. ibi: Monstra te vite ꝛc̄. ꝛ ibi: Que te spopōdisti. inuocat eā ex martyrio speciali. Dicit g̊.

¶ Ordo. O (katherina). s. virgo filia regis costi ꝛ alexandrie regionis: tu extās (martyr ꝛ regina). i. q̄ passa fuisti ꝓpter nomē christi spōsi: q̄uis de regali stirpe esses: ꝛ es (virgo digna deo). s. ꝑ merita gratie q̄ est deus (mitis) i. mansueta (ꝛ benigna). i. liberalis ꝛ larga. (Nata). i. filia (costi regis). s. alexandrie (grata). i. placita (christo regi). i. q̇ regit hic ꝑ gratiā ꝛ in futuro ꝑ gloriā (tu vera sponsa). i. despōsata (christi). i. saluatoris nr̄i (induisti christū) qꝛ spopondisti teipsam ei: nō quidē carnaliter: nec ꝼm carnis copulā: sed spūaliter. (Que). s. katherina (spopōdisti). i. ꝓmisisti (te) sanctā virginē (fore). i. futurā esse eternaliter (sponsam). i. despōsatā ꝛ copulatā (christi) O (sponsa). s. katherina (fac). s. ꝑ tuas p̄ces (nos) pctōres (spōso). s. tuo christo (gratos). i. charos ꝛ placidos (ꝛ acceptos). i. dignos seu acceptabiles.

Cōmendat eā nūc penes sapientiā eius dicēs: O katherina (victrix). i. supatrix (sapientū). i. philosophoꝝ (tu soluis). i. relaxas (tormentū). i. passionē mortis tue: tu (cesa). i. ꝑcussa ense tortoris (fluis lacte). i. cū iā eras decollata exiuit lac loco cruoris (sepeliris). i. defuncta es ad sepulchrū ducta ꝑ angelos (sina). i. in tali monte: in quo dedit deus p̄cepta moysi. Inuocat sanctā katherinā: ex q̊ sapiētes cōuertit ad viā salutis: ꝛ in monte synai sepulta est ab angelis: vt etiā oñdat se nobis directricē in viā salutis: dicēs. O katherina (monstra). i. oñde (te) katherinā (viā vite). i. charitatis ꝑfecte (vt). i. ꝙ (transeamus). i. ptranseam⁹ (philosophiā). i. amorē (mūdi). i. tpaliū: ꝛ (inquiramus verā). s. philosophiā. i. dei amorē. (Ora). i. intercede ꝓ nobis (ꝛ inclina nobis). s. tibi seruientibꝫ (verū syna: vt intremus tecū choꝝ angeloꝝ). i. vt valeamus habere ingressum tuis meritis ad christū sponsum tuū: q̇ est mōs excellētissimus. i. sanctus sanctoꝝ. Ultimo refert grates trinitati dicens (Laus sit deo patri). i. altissimo genitori (ꝛ decus). i. honor sit (summo christo). i. filio suo vnigenito (honor sit spirituisctō (trinus) qui est in ꝑsona deus (ꝛ vnus) in essentia. Amen.

¶ Ad completoriū hymnus. Metrū trochaicū.

Catherine collaudamus virtutum insignia: cordis em̄ presentemus ⁊ oris obsequia: vt spe certa respiremus per eius suffragia.

Fulta fide Katherina iudicem maxentiū nō formidat: lex diuina sic format eloquium q̄ confutat ex doctrina doctores gentilium.

Victi christū confitent̄ relictis erroribus: iubet iudex vt crementur: nec pilis nec vestibus nocet ignis: sed torrent̄ inustis corporibus.

Velut aurum quod probauit fornacis adustio: nam quos foris conseruauit christus ab incendio coxit intus ⁊ purgauit fides ⁊ confessio.

Porro blandis rex molitur virginē reducere: nec p̄missis emollit̄: nec terret̄ verbere: compedit̄: custoditur tetro clausa carcere.

Hinc rex furit ⁊ tabescit: nec intra cor capitur: q̄ nox ibi noctem nescit: nox in diem vertitur soli: turba multa crescit ieiuna reficitur.

Clause lumen ne claudatur elucet Porphirio: qui regine federat̄ fidei collegio: quoꝝ fidem imitat̄ ducentena contio.

Huius ergo contionis concordi constantia vim humane passionis pari patientia superemus: vt cum bonis letemur in gloria. Amen.

¶ Ordo. Nos (collaudemus). i. extollamꝰ (insignia). i. merita (virtutū). s. optimaꝝ beate (katherine) virginis (em̄). i. q̄r (p̄sentemus). i. offeramus ⁊ adducamus in mediū ad memoriā hoīm (obsequia oris). i. laudes q̄ p̄ os fieri solent (vt respiremus). i. viuamus (certa spe). s. future glorie (p̄ suffragia). i. intercessiones ⁊ auxilia (eius). s. katherine. Nā beata virgo (katherina fulta). i. roborata (fide). s. christiana (nō formidat). i. timet nec veret̄ (iudicē maxentiū). s. ducētē eā ad supplicia (sic diuina lex). i. p̄ceptū fidei (format)

.i.p̄scribit(eloquiū).s.quid sit ei loquendū.q₂ scriptū est: Dū steteritis ante reges ꝛ p̄sides:nolite cogitare q̄d loq̄mini:dabit̄ em̄ vobis in illa hora spūs sapie ꝛ intellectus. Sicut btō Stephano cōtigit:cui nō poterūt resistere oēs aduersarij sui.(Qđ)eloquium dn̄i(cōfutat).i.dispergit (doctores gentiliū).i.infideliū(ex doctrina).s.vera eterne sapiētie dei. Nā ipsi doctores(victi).i.sup̄ati(ꝯfitent̄ christū).i.fidē christianā(relictis erroribꝫ).s. infideliū(iudex)maxentius(iubet).i.p̄cipit(vt cremēt̄).i.cōburant̄ igne in fauillū ꝛ cinerē:extūc(ignis).s.elemētaris(nec nocet).i.non officit (pilis).i. crinibꝫ corpis eoꝝ(nec vestibꝫ).i.indumētis(sed)ipi(torrent̄).i.assant̄ ꝛ extācant̄(iniustis corpibꝫ)nā cōburi nō poterāt virtute diuina hoc ꝓhibente.

(Velut).i.ad instar(aurū).s.purū(qđ).s.metallū auri (ꝓbauit).i. purgauit ꝛ rectificauit(adustio fornacis).i.proba carbonū ꝛ ignis(nā).s.illos(q̊s christus cōseruauit).i.custodiuit(foris).i.ab extra(ab incendio).s.ignis (intus) .i.in corde(coxit) .i.decoxit(ꝛ purgauit).i.purificauit(fides).s. christi (ꝛ cōfessio)fidei christiane. (Porro).i.tandē(rex)maxentius(molit̄).i.satagit(seducere).i.abducere a veritate fidei(virginē)katherinā:tn̄ ipsa(nec emollit̄).i.nō vincit̄(ꝓmissis).s.q̄ntūcūq₃ magnis (nec terret̄):i.perterrit̄ aut perculsat̄(verbere).i.supplicijs ac tormētis virgaꝝ:ipsa em̄(cōpedit̄).i.illaqueat̄ ꝛ captiuat̄ ac(custodit̄ clausa tetro carcere).i.obscuro loco. (Hic .i.exinde vel ꝓpterea(rex)maxentius(furit).i.indignat̄(ꝛ tabescit).i.consumitur merore ꝛ ira indignatiōis(nec capit̄ intra cor).i.nō cōpungit̄: nec a corde ꝑcipit(ꝙ nox nescit ibi noctē).s.q₂ nox obscurū nō h₃ (nox in diē vertit̄)q₂ carcer illuminat̄ lumine claritatis diuine(multa turba).s. infideliū (crescit).i.multiplicat̄ ꝛ augmentat̄(soli).s.catherine: vel soli.i.diei ꝛ claritati fidei:vel christo q̇ est sol iusticie (ꝛ mēs ieiuna) .i.sobria (reficit̄) .s.diuino spiramine.q₂ nō in solo pane viuit homo:sed in omni verbo qđ ꝓcedit de ore dn̄i. Et(ne lumen).i.claritas scītatꝫ(clause).s.katherine i carceribꝫ(claudat̄).i.obscuret̄ ꝛ sileat̄(elucet).i.resplēdet(Porphyrio).s.miles custos carceris(q̇)porphirio(federat̄).i.sociat̄ ꝛ iūgit̄(regine).i. vxori maxentij iudicis(collegio).i.societate ꝛ vnitate (fidei).s. christiane(quoꝝ) sc₃ duoꝝ(fidē).i.ꝓfessionē(imitat̄).i.sequit̄(ducentena cōtio).i. ducēti ex pp̄lo

